



**Mus exenteratus, hoc est, tractatus valde magistralis, super  
quaestione quadam theologicali, spinosa, & multum subtili, ut  
intus, scriptus pro redimenta vexa ; ad ... Iohannem Pistorium**

<https://hdl.handle.net/1874/402966>

# Mus Exenteratus,

HOC EST,

# TRACTATVS VALDE MAGI-

STRALIS, SVPER QVAESTIO-  
NE QVADAM THEOLOGICALI, SPI-  
nosa, & multū subtili, vt  
intus.

SCRIPTVS PRO REDIMEN-  
DA VEXA.

AD

MAGNIFICVM, SCIENTIFICVM, DO-  
& trinatumque, &c Catholico zelo ignitum virum, IOHANNEM  
PISTORIVM, NIDANVM : Theologum, sicut  
abyssi maris profundum.

PER

FRATREM VVILHELMVM  
de Stutgardia, Ordinis Minorum.

SIR A C. 10.

INITIVM SVPERBIÆ HOMINIS APO-  
statae à Deo: quoniam ab eo, qui fecit illum, recesit cor eius. Initium omnia  
peccati est superbia: qui tenerit illam, adimplebitur maledictū, & subuerteret  
eum in finem.

*Virum malum vel mus mordeat.*

TUBINGA

Typis Georgij Gruppenbachij.

M. D. XCIII.

и възложено Евангелие

1729 5520

СУТАРДАЯ

СОМЬ СОДА

ОГРОМНОЕ ЧИСЛО ЗАДАЧ

ПОСЛЕДНИЕ ДНИ ПРЕДСКАЗАНЫ

СВЯТОГО ПАТРИАРХА

СОЛНЦЕ ВЪЗДУШНОЕ ЧУДОВИЩЕ

# Consistorij Ecclesia-

stici in Ducatu Wirtenbergico

## PRÆFATIO AD LECTOREM



CHRISTVS SALVATOR ET I M-  
manuel noster viuam hypocitarum Ide-  
am nobis ob oculos ponens, inter cætera  
sic ait: Quid vides festucam in oculo fra- Matt. 23.  
tris tui, & trabem in oculo tuo non vides? "  
aut quomodo dicis fratti tuo: Frater, sine, "  
eijciam festucam de oculo tuo, & ecce "  
trabs est in oculo tuo? HYPOCRITA, ejce primū tra- "  
bem de oculo tuo, & tunc vide, vt festucam extrahas ex ocu- "  
lo fratri tui, &c.

Quibus verbis vt æterna Patris Sapientia indefessos illos  
Papatus incrustatores (Iesuitas puta, qui in aliorum næuis,  
incommode dictis, aut dissensionibus obseruandis lyncei: in  
suis verò absurditatibus, & infinitis verius, quam multis dis-  
tractionibus agnoscendis talpa cæciores sunt) ad viuum ex-  
pressit: ita in primis ad IO HANNEM PISTORIVM, NI-  
D A N V M , celebrem illum Apostatam, ea rectè & verè ac-  
commodari possunt.

Is enim, vt animo suo virulento morem gerat, & Lutheranæ Religionis confessoribus ac propugnatoribus quoquo modo agrè faciat, in eo propè totus est, vt de Religionis forma sæpius mutata, deque perpetuis contradictionibus, quibus ipsorum scateat fides & confessio, suspectos eos reddat.

Hinc toties obiecto inani illo septem spirituum Lutheri  
terrificamento & incantamento interitu minitatur Lutheranus, hoc est, sincerae religioni, eamque conuicijs & calu-  
mnijs à se prorsus obrui ac sepeliri posse, falsò ominatur. Ni-  
mirum ex prioribus Lutheri Scriptis (quæ ipsius prima ru-  
dimenta & tyrocinia vocare possis:) quasdam excerptit sen-  
tentio-

P R A E F A T I O.

tentiolas, à Domino Lutherò adhuc Semipapista editas. (Neque enim ipsius conuersio Enthusiastica velvnius momenti fuit, qualis Pistorij, qui Religionem, paulò antè sannis & sibilo exceptam, ac stoliditatis nomine traductam, postea seu delicias inæstimabiles, & sapientiam abstrusissimam subito abliguriuit, & penitus quidem: nisi & ipse septem in occulto secum alat spiritus.) Quasdam etiam ex medio contextus siu euulsas, & crinibus, vt aiunt, ad hostile propositum pertractas, adeoque in alienum sensum detortas sententias in Ecclesiæ ostentat theatro: tanquam Goliathis aut Holofernisi caput amputasset, ac Ecclesiam immani hosteliberasset. Summa, festucam, quam ipse male oculatus, & incurabili glaucomate laborans in Lutheranorum oculis videt, extractam vult: interim infinitorum schismatum, absurdissimarum hæreseon, teterrimarum, atq; ab omniglosula abhorrentium contradictionum (quibus Papatus redundat) immanem, nodosam, & intractabilem illam T R A B E M minimè animaduertens.

Quod cùm ita sit, cumque medicina respondere debeat morbo, vel (quod ad præsentem materiam magis conuenire videtur) eiusmodi fatuorum vesana libido fustibus vlicescenda sit, haud inutilem hucusque nauârunt operam, qui ultimum hunc Goliathen, & Papatus Atlantem propè unicum, suaque opinione prorsus inexpugnabilem, dignis modis excipiunt: eumq; , vt secum habitare, & quām tanto non par sit oneri, persentiscere discat.

Vehementer itaque nobis probari testamur vtilissimum Reuerendi & clarissimi viri, Domini M. Vvilhelmi Holderi, collegæ & fratri nostri charissimi, laborem, quo is ex immenso Papisticarum nugarum, absurditatum, & contradictionum pelago, vnum solummodo argumentum (TRANS-  
S V B S T A N T I A T I O N I S commentum dicere volebamus) exutiendum sibi delegit, & ostendit apprimè, quām ineptè, absurdè, ridiculè, imò impiè de eo, atque inde, tanquam ex vitiosa scaturigine bullientibus profanissimis questionibus

P R A E F A T I O N E

bus differuerint non vulgares Papatus alumni, sed Magistri & Doctores Seraphici & Cherubici, qui omnem Theologiam sublimioris & abstrusioris abyssum exhausisse credebantur, & apud quos, ut Cæsarius inquit, F O N S E S T T O T I V S Casarium in libro de SENTENTIA, ET P V T E V S D I V I N A R V M S C R I P T U R A R V M , &c. Miraculi, pag. 315.

In hoc contradictionum gurgite, in hac absurditatum sentina, & blasphemiarum cloaca sese exerceat Lutheranæ festucæ censor ille iniquissimus: in his fôrdibus nasum volutet suum: hic ingenij sui neruos intendat, vt nigrum cum albo, ignem cum aqua conciliet, & metallum cum gleba coniungat.

Porrò, hæc Collegæ nostri industria, quam in colligendis diuersorum autorum de eadem re diuersissimis, & nullo unquam artificio conciliandis opinionibus dextrè & feliciter impendit, cum Papistis sanioribus, tum Lutheranæ Religionis hominibus vsui esse poterit. Illienim, nisi ad clarissimum & lucidissimum veritatis iubar cæcutire velint, oculari demonstratione, imò & manuum iudicio deprehendent, non tam longam, latam, & profundam esse Papatus, quam Iesuitæ iactitant, harmoniam, ac tot tantasque sub Papatu latitare, imò regnum obtainere, abominationes & blasphemias, quæ vel pertinacissimum Papistam ex profundo præjudiciorum lethargo exuscitare, ac ad amplectendam Euangelij (vnde quaque sibi constantis & consentientis) veritatem inuitare, imò verò pertrahere debeant. Hî verò (cum contraria, iuxta se posita, magis elucescant) institutâ cœlestis veritatis collatione cum vana & profana illa Scholasticorum Doctorum Theologia, ad iustam gratitudinem, immortali Deo præstandam, se accendi sentient: utpote cuius beneficio ex peruersissimarum opinionum labirintho liberati, & ex istis, plusquam Cymmerijs, tenebris eluctati, simplicem iam veritatem à funesto illo luto, cenoque repurgatam intuentur.

Pistorius verò, cum suis commilitonibus Iesuitis, hinc in-

P R A E F A T I O.

telliget, domi suæ sibi esse quod agat, si propria vineta cædere, iuumque (vt est in proverbio) sterquilinium prius effere, quam in aliorum fôrdes curiosius & morosius inquirere velit. Quodnam insuper eorum hominum, qui neglecta verbi Dei lampade fatuum ignem sequuntur, stipendum esse soleat, quam item præclaros in Theologia profectus illi faciant, clarè & euidenter hinc percipiet. Libros denique nobis superesse deprehenderet, ex quibus Iesuitica impudentia & effrenis audacia, qua Solem in meridie lucere, hoc est, eiusmodi blasphemias & absurditates ex Papatu natas negare audent, retundi queat.

Quòd si autores, ab Holdero citatos, apocryphos esse, & ab Ecclesia Romana non approbatos obijciet Pistorius, paratum iam sibi responsum esse sciat. Nimirum hos ipsos autores magna ex parte ab Ecclesia Romana receptos, canonifatos, & ne quis de illorum fide dubitare ausit, seuerissimè cautum esse meminerit. Vnde eosdem hodie in Papatu Ecclesiarum & Scholarum cathedras ac pulpita occupare, pulcherrimis typis excudi, commentarijs augeri, nouisque subinde glossationibus interpolari constat. Sicut & nuper insignem illum Fabulistam Cæsarium, Heisterbachensem, miraculorum Papisticorum (nugacissimarum nugarum) quendam quasi depositarium Colonię denuò imprimi Iesuitis placuit. Quòd si verò vicissim horum autorum quosdam, aut in omnibus quædam reprobata Pistorius regeret, agè proferat, edat, euulget damnationis Bullam, in qua eiusmodi libri à Romano Baale (qui alioquin ad anathematismos, proscriptiones, & hæreticorum catalogos cudendos tam proclivis & pronus est) proscripti & reiecti sint. Sin edere non potest, vietas manus cedat, & culpam deprecetur: alioquin cum veritate in gratiam nunquam redditurus. Si non vult, deploratæ causæ vulnus agnoscat immedicable, sequē hominis publicè confusi spectaculum nostris suisque hominibus exhibere nouerit.

Anno 1711.

P R A E F A T I O.

Ad te vero, Lector & quissime & humanissime, quod attinet, non te barbarus stylus offendat, quo Holderus noster (vix quasi sibi faciens, & orationis venam ad subiectam materiam attemperans) vti, atque ita Scholasticorum barbaræ Theologiæ barbarem phrasin imitari voluit. Sicut & squalida & lutulenta ista Theologia aliud sermonis filum non meritatur. Ecquis enim porcinum stabulum instrumentis affabré tornatis aut inauratis expurgandum censuerit? Tum etiam, si occurrent aliqua impia, nefanda, blasphemæ, & pijs auribus intolerabilia, Holdero ea non imputari, sed auctoribus Pseudo-catholicis, quorum formalia verba (cum libri & paginæ allegatione) recitantur, accepta ferri, & ad eum usum, de quo suprà monuimus, adhiberi debent.

Sed & Caluinistæ fere in hoc speculo contemplentur. Hi enim, dum non modo Pontificiam transubstantiationem reiiciunt, verum etiam veram & à Christo promissam veri corporis & sanguinis Christi præsentiam in sacra Cœna (obiectione nescio quartum absurditatum) oppugnant, prorsus easdem blasphemias effundunt. Querunt enim: an corpus Christi, ore sumtum, traiiciatur in ventrem, & ibi digeratur? Annón corpus Christi, ore comedum, cum alijs excrementis (Dominus ignoscat nobis, referentibus tantum has blasphemias) in locum foedum ejiciatur? & similia horrenda, vel cogitatu abominanda. Quas execrandas blasphemias Dominus æterno gehennæ incendio vlcisetur. Sciant igitur Caluinistæ, se eiudem (cum Pontificijs) spiritus filios esse: tametsi enim interim vehementer eos impugnare velle videantur: nihilominus tamen in blasphemando corpore Christi sanctissimo quasi mutuas operas tradunt.

Vale igitur Lector humanissime, ac Collegæ nostri laudabile institutum, quo miscuit utile dulci, quodque ampliori nostra commendatione non egit, (neque enim vino vendibili opus est suspensa hedera) grata mente fruere, Deumq; omnis

*Nora de isto Usigno  
Holderus Gethsemani  
et caparacaria.*

P R A E F A T I O.

omnis boni autorem nobiscum ora , vt debellandi Papa-  
tus , aliarumque hæresēon ingulandarum salutaria organi-  
na porrò quoque Ecclesiæ suæ destinare , & quos in ve-  
ritate sanctificanit , ad yltimum vsque vitæ ter-  
minum in ea consernare dignetur ,

Amen. Stutgardia, 19. Jan.

Anno 1593.

# Prologus

## AD IOHANNEM PISTORIVM, NIDANVM, THEO- LOGORVM LV MEN, AT QYE CAN- delabrum aureum.



ALVERE ET SAPERE, DOMINE MAGNI-  
fice, vel magis, ut Doctor quidam in reportatis super Do-  
ctorum Seraphicum scribit, saluere & sapiscere, nisi forte  
( quod absit ) vobis, tam rara Eruditionis & Sapientie  
Theologo, molestum est, inchoatiuum tantum ponere.

*In prefatione super 4.  
libros sent. Steph.  
Bruliferi.*

Cum scriptum sit: Vbi cadauer, illic congregabuntur & aquila, ideo ad  
vos etiam, Ego, deuotus frater, venio, cum vna implicita quastione, &  
rogo vos per crassum feruorem grossae vestre Catholicae deuotionis, veli-  
tis super illa implicita quastione aliquid explicitè scribere, ut inter tantas  
dubietates, possumus aliquid habere certitudinaliter.

Potes̄ tu autem vos de facili, quia es̄tis vir famosus, & scripsistis nuper  
aliquot libros famosos, contra Sectarios Lutheranos, pr̄esertim nouiter,  
vnam paruam Postillam de septem spiritibus Lutheri. Audio quidem,  
quod aliquot Catholici sunt super vos irati, dicentes, quod es̄tis Doctor  
Stercorarius, quia tantum illa Excrementa Lutherana semper in ore ha-  
betis, cūm deberetis ad maiora & doctrinalia subnitiri, patet tamen, quod  
estis bene lectus circa illa Lutherana stercora, & bene appetet, quod es̄tis  
medicus, quia libenter tractatis de meritis atq; matulis.

Deinde es̄tis etiam homo multarum linguarum. Habetur quidem in  
uno quodam speculo mirabilu quadam, de S. Antonio, D. Francisci quon-  
dam discipulo, historia. Nam vas illud admirabile Spiritus san-  
cti Antonius de Padua, unus de electis B. Francisci discipu-  
lis, quem S. Franciscus suum Episcopum appellabat: cūm  
pr̄edicaret aliquando in Concilio coram Papa & Cardina-  
libus, vbi erant Græci & Latini, Francigenæ & Theotonici,  
Sclavi & Angli, Hispani & Hungari, & multi alij diuersarum  
B lingua-

*Speculum vite D.  
Francisci & sociorum  
eius, excusum Veno-  
rig: 15.4.*

## 2 PROLOGVS, SIVE PROHEMIVM.

linguarum homines, ibi Spiritu sancto afflatus, & lingua Apostolica inflammatus, eructans mellifluum verbum Dei, omnes illos tam diuersarum linguaram homines, in dicto Concilio congregatos, clarè & lucidissimè ipsum audientes, & distinctè etiam intelligentes, tanta admiratione suspensos reddidit, & deuotione, ut viderefut renouatum illud antiquum Apostolorum mirabile, admirantium & dicentium: Nónne iste Hispanus est, & quomodo nos audimus per eum linguam nostram, in qua nati sumus, Græci & Latini, Francigenæ & Theotonici, Sclavi & Angli, Lombardi & Barbari? Papa etiam stupens ad tam profunda, de Scripturis diuinis à S. Antonio prolata, dixit: Verè iste arca Testamenti est, & diuinorum Scripturarum armarium: Sic ibi. Et illud quidem est unum magnum miraculum, si verum est, sed cum vobis est multò maius. Ille enim tantum unam linguam sciens, diuino miraculo à pluribus variarum linguarum intellectus est, vos autem multas linguas tenetis, & varijs linguis loqui potestis magnalia Romana nostra Ecclesia.

*de hebreo Iesu* Deinde Georgius noster de Tonstrina, Vienensis ille, est quidem etiam bonus linguis, quia prater Germanicam, in qua est multum loquax, quod dolet Lutheranis, etiam Latinam & Græcam & Hebraicam tener, sicut patet ex glossa sua Catholica, sed tamen non tam valde, sicut vos. Et epistolauit dudum ad me quidam Sectarius, dicens: Ille tonsor vult videris

*Georg. Scherer in glossa bonus Græcus, & non potest adhuc gracie alphabeti Zare, quia vbi legendum est Holderus, ille legit Olderus, & non videt aut intelligit aspiratam: & vbi est Sigma, sic: Σ, ille legit Epsilon: sic, E, & sic pro Schopffius, legit ille Echoffius. Sed ego respondi ei pro tonsore nostro, quod de manè non semper bene spicit, presertim quando de nocte babit multum Vipacense: Et quod H non est litera, sed tantum aspiratio, ideo non fuit ponenda, sed debuit obmitti. Et quod ille litera nihil distat, quia quæ parum distant, nihil distare videntur. Vos autem domine gloriose, estis in Germanicarum, Latinarum, Græcarum, Hebraicarum, Chaldaicarum, Syriacarum, & (vi audio) in nArrabicarum, sicut patet ex Thesibus vestris Catholicis, & alijs scriptis. Atque in hoc estis, mi domine, laudabilis nimis: nam quod sacra Missa nostra scateat Mysterijs magis, quam canis*

canis pulicibus, id patet ex nostro Raimundo, qui dicit, quod Missa completa est tot Mysterijs, quot mare guttis, cœlum empyreum angelis, firmamentum stellis, sol atomis, & terra arenis. Sed illa tot Mysteria nemo melius intelligit, domine gloriose, quam vos. Quia, ubi supra.  
 Raimundus in Summa fol. 6. & 7.

vt doctores nostri asserunt, Missa habet undecim prærogatiua, & ut Raimundus noster affirmat, sancta mater Ecclesia superaddidit duodecimum, inter illa autem est septimum prærogatum, quod in sacra Missa quotidie audiuntur tria nobilissima idiomata, quem mundus habet, scilicet Hebraicum, ut patet ibi: Sebaoth & Osanna, & Alleluia. Græcum, ut cum dicitur: Kyrie eleison. Latinum auditur in omnibus alijs dictiōnibus & orationibus. Ego humillimus frater, rogam vos supra modum, quia estis docti tam valde, quod adderetis etiam Syriacum (sicut sanctissimi D. D. nostri Papæ, etiam Missæ semper aliquid adiecerunt) si deinde fratres nostri, Iesuita, adderent etiam aliquid Iaponici, tunc Mis-  
 sa nostra esset ex mirabilibus mundi, nec haberet aliquid simile sibi.

Ex his autem patet, quoniam estis tot linguarum homo, quod potestis in ista quæstione, defacili, facere unam explicationem incontradicibilem.

Præterea estis doctor grandis, & quidem per duplex, Theologie & Medicinae, Graduatus & Bullatus. Dixit nuper ad me quidam ex illis Novatoribus, quod videatur sibi mirum, quod vos, homo Catholicus, volueritis fieri Doctor Theologie, cum B. Franciscus, qui tam magnus sanctus apud nos habeatur, noluerit fieri Magister, quod minus est. Sic enim de ipso legitur in quadam speculo: Humilis Christi imitator. Franciscus, sciens, soli Christo nomen Magistri conuenire, per quem omnia facta sunt, dicebat, quod libenter omnia vellet scire facere, sed nollet esse Magister, nec Magisterij nomine insigniri, ne contra verbum Christi, in Evangelio prohibentis, ut nulli vocentur Magistri, facere videretur. Quia melius est esse humilem, cum paupercula scientia, quam (si esset pos-  
 sibile) facere magnalia, & præsumere, contra tam gloriosi Magistri humilia documenta: Sic ille. Et verum est hoc, immo potuisse amplius arguere, quod B. Francisco adeo odibiles fuerint Studen-  
 tes, & studia promouentes, ut aliquando quendam suum discipulum propter hoc maledixerit: ita enim legitur in speculo vita eius. Quidam fra-

*Matth. 23.  
N.B. Pistor.*

*Intentio Diaboli per  
Monachos studia &  
arte euertere voluntatis.  
Speculum vita S.  
Francisci et sociorum eius.*

## 4 PROLOGVS, SIVE PROHEMIVM.

ter minor, frater Iohannes de Sciacchia dictus, valde literatus, Minister erat tempore S. Francisci in Bononia, qui ordinavit studium Bononiæ absque licentia S. Francisci. Beato autem Francisco absente, nunciatum est ipsi, tale studium ordinatum fore Bononiæ: tunc Franciscus immediate iuit Bononiam, & durè reprehendit ministerum illum, dicens: Tu vis destruere ordinem meum: desiderabam enim fratres magis orare, quam legere aut studere. Recedens autem de Bononia S. Franciscus, prædictus minister, ordinavit studium, sicut prius, nec curauit S. Franciscum. Vnde ipse turbatus, maledixit ei maledictione dura, qui statim post maledictionem cœpit infirmari, & sic infirmus grauiter, misit per fratres, rogando S. Franciscum, ut retraheret maledictionem, sed respondit B. Franciscus, dicens: Illam maledictionem, quam ei dixi, confirmauit Dominus in cœlo, & est maledictus. Infirmus itaque iacebat Minister ille, super lectum. Et descendit ex alto, ipso sic super lecto iacente, quædam gutta ignea & sulphurea, super corpus eius, penetrans ipsum totum, & lectum etiam, in quo iacebat, & sic miser ille cum maximo fœtore expirauit, & Diabolus accepit animam suam. Sic ibi. Vnde satis patet, quod B. Franciscus studia & artes, & omnes honorum gradus & dignitates maledixerit. Sed ego Sectario illi contraueni, dicendo, quod illud cum vobis factum est, ex dispensatione Papali: & quia Papa errare non potest, sed habet omnia iura in scrinio peccatoris, ideo nemo debet ei dicere, cur sic facis?

Est autem vnum aliud, quod multi mirantur, nempe, quod esti putes Theologia, & nullos habetis sermones ad plebem, nec, quod sciam adhuc, nisi forte nuper estis factus Sacerdos, aut plebanus, aut Presbyter ruralis, multò verò minus suffraganeus, nescio enim, an fietis Episcopus, quia fuius hereticus. Videte Domine gloriose, S. Antonius, frater Minor, non fuit Doctor Theologiae, & quod minus est, neque Magister, tamen tam ignitus fuit in suis sermonibus ad populum, & tam deuotas dixit homelias, ut etiam pisces ad devotionem commouerit, & ad Deo gratias persuaserit: Sic enim habetur de illo in dicto speculo: Cum B. Antonius esset aliquando Ariminii, ubi hæreticorum magna copia moraba-

*Caveant sacrificuli studia, id quod faciunt sedulo.*

*Si hoc studiorum premia, laude digni fuerint ignavi astri.*

*Speculum vita S.  
Francisci & sociorum  
fol. 157.*

rabatur, volens illos ad lucem veræ fidei, & in viam reveritatis, per dies multos cum ipsis, de Scripturis Catholicis prædicabat. Illi verò, per obstinationem facti lapidei, ipsis sanctis eloquijs non solum non acquiescere, sed insuper auditum præbere contemserunt. Tunc verò S. Antonius, Domino inspirante, accedit quadam die ad os fluminis, iuxta mare, & stans in ripa, quæ mari appropinquabat & flumini, incepit modo prædicationis pisces ex parte Domini aduocare, dicens: Audite verbum Domini piscis maris & fluminis, ex quo hæretici infideles audire contemnunt. Et ecce statim accessit ante S. Antonium, tanta magnorum & paruorum piscium multitudo, quod nunquam similis fuit visa, & omnes capita sua aliquantulum ex-  
Hat keiner den  
anderen gebissen.

trâ. Vidisse ibi pisces magnos adhærere pacificè minoribus, minores subalis maiorum pacificè permanere. Vidisse ibi diuersas piscium species, & quaslibet ad sibi similes currere, & quasi quandam campum pictum, colorum varietate mirabili decoratum, ad sancti illius faciem ordinari. Vidisse ibi turmam piscium grandium, quasi castrorum acies ordinatas, loca ad audiendam prædicationem præripere. Vidisse ibi pisces mediocres, loca mediocria capere, & quasi doctos à Deo, absque aliqua turbulentia in suis locis confistere. Vidisse ibi piscium paruorum copiosam multitudinem atque populosam, vsquequaque, tanquam peregrinos ad indulgentiam properare, & ad S. Patrem, tanquam tutorem suum, propinquiores accedere. Itaque in ista prædicatione, cœlitus ordinata, primò pisces minores, secundò maiores S. Antonio assistebant. His taliter ordinatis, incepit S. Antonius solenniter prædicare, dicens: Fratres mei pisces, multum tenemini pro vestro modulo referre gratias creatori, qui in vestrum habitaculum dedit elementum tam nobile, ita, quod aquas dulces & salsas, prout expedit, habeatis. Refugia insuper vobis multiplicita contulit, vt euitetis incomoda tempestatis. Exhibuit insuper vobis elementum diaphanum & limpidum, & vias, quibus incedatis, & escas, quas sumatis, vt viuere possitis. Escas quoque necel-

Vix credo, tantam esse  
sacrificiorum in Mis-  
sa devotionem.

Ob S. Antoni  
ihnen auch Gnad  
und Ablass gege-  
ben habe

Ob man mit auch  
Zuvor gesungen  
habe

Hat des Gebets  
vergessen

Was mag er wol  
für ein Text ver-  
lesen haben?

Regnet nicht auf  
sie.

Es were dann/  
daß der Bach müß  
würde.

## 6 PROLOGVS, SIVE PROHEMIUM.

Fuerint prorsus imp̄  
piscēt, qui, tot & tantū  
argumentū audierū,  
fuerint imp̄persuasibiles.  
Es were dāñ ett.  
wa einer extrun-  
cken.

Ent nunc Lutherani,  
& dicant, Papistū non  
posse suam doctrinam  
confirmare per Scri-  
pturas.

Oblitus unius commen-  
dationis, quid pīscibū  
sit earo, sed sic frangere-  
tur sc̄imurum.

Iuxta illud: Magi mu-  
tue quam pīscū.

Was mögen sie  
wol gesagt haben.  
Audio quod da saltasse,  
en Gallarden.

sarias vobis præparauit creator benignus, etiam in profundis abyssi. Vos in creatione mundi, benedictionis & multiplicationis præceptum habuistis à Domino. Vos alis ornati & virtute roborati vndeque, prout libet, discurritis. Vos in diluvio, cæteris pereuntibus animalibus, absq̄e lassione reseruati fuistis. Vobis datum ex imperio Domini, Ionam reseruare Prophetam, & post tertium diem in terra, absq̄e lassione reponere. Vos censum pro Domino, cùm tanquam pauper, non haberet, vnde solueret, stateram obtulisti. Vos in cibum regis æterni Domini nostri benedicti, ante resurrectionem eius, ac post illam, singulariter electi fuistis, propter quæ omnia multum tenemini laudare & benedicere Dominum, qui tot bona & singulare pīscibūs recepisti. Ad hæc verba & similia hortamenta, aliqui pisces voces emittebant, alij aperiebant ora, omnes autem capita inclinabant, & signis, quibus poterant, laudabant Altissimum.

Ad hanc reuerentiam pīscium, exhilaratus in spiritu S. Antonius, voce altissima exclamans, dicebat: Benedictus Dominus Deus æternus, quod magis honorant Deum pisces aquatici, quam homines hæretici, & melius audiunt verbum.   
Wer es kan / dem Domini irrationalis beluæ, quam homines infideles. Quantò autem B. Antonius longius & prolixius prædicabat, tantò pīscium multitudo magis crescebat, & nulli de locis, quæ cœperant, recedebant. Ad quod miraculum concurrens populus, concurrentes & suprà dicti hæretici, videntes tam mirandum & insolitum negocium, quod etiam bruta præberent auditum S. Antonio, compuncti corde, ad pedes S. Antonij omnes, vt prædicationem illis faceret, consenderunt. Qui etiam, aperiens os suum, tam mirabiliter de fide Catholica prædicauit, quod omnes hæreticos, ibi existentes, conuertit, & fideles roboratos in fide, cum gaudio dimisit, pisces autem licentiati (id est, cùm licentiam à S. Antonio accepissent) cum gaudio, à S. Antonio cuncti letantes & gaudentes, cum mirandis lusibus & ceruicibus applausi-  
uis in

Annō t̄ flexū geni-  
bus.

tis in varias prouincias recesserunt. Et sic quidem res habuit, cum illis p̄ijs & deuotis p̄iscibus. Si verò S. Antonius, qui neque Magister Philosophia, neque Doctor Theologia habitus est, tamen potuit tales solennes & fructuosas, etiam pro p̄iscibus, prædicationes facere, quid vos possetis, domine laudabilis, si velletis subniti, credo, quod non tantum hereticos, aut Christi infideles in Iaponia, sed asinos quoque & anseres vestris meliſtis sermonibus conuerteretis. Similiter ut ille, dicendo: Fratres mei, asini, multum tenemini pro vestro modulo gratias referre Creatori vestro. Nam vos asini estis, quibus Dominus cibum preprparauit, dicens: Asino cibum, virgam & onus. Vos asini estis, pro quibus Dominus ipse curam habet, sierratis, vt in viam reducamini, aut si sub onere cadatis, subleuamenti. Vos asini estis, quos Deus loquela humana dignatus est. Vos asini estis, cuius vñā tantum maxilla Simson mille vñros mactauit. Vos asini estis, qui olim in tanto precio habiti, vt caput vnum vnius asini octoginta argenteis vnderetur. Vos asini estis, quorum sepultura, etiam Regem sui populi, Dominus dignatus est. Vos asini estis, super quibus non solum S. Franciscus equitatbat, sicut scriptum de eo est: Franciscus autem asinabat: sed super quibus etiam Apostoli sua vestimenta, & super illis Dominum ipsum posuerunt, vt sic Ierosolymam ingredereetur.

Si vos, domine subtilissime, tam dulci vestro, super mel, eloquio, similiter asinis vnam aut alteram homeliam deuotam diceretis, si non, sicut Antonij p̄ishes, vocem emitterent, tamen cum auribus patulis, etiam ora aperta haberent, & inclinatis auribus & capitibus annuerent, forte, etiam licentiani, non recederent, aut certè non sine ceruicibus applausiis, & alijs mirandis lusibus domum repedarent.

Sed & aliud ab illo Nouatore obiectum mibi fuit, scilicet, cum alios non permittamus esse doctores, qui non sunt promoti in Academia Catholica, curigitur vobiscum sic superbiamus, qui etiam estis promotus in Medicina, in Academia heretica? Sed ocyus ei dixi, quod vobiscum est aliam rem, quam cum alijs, quia vos estis incredibiliter doctus. Alius enim est tantum Theologista, alius tantum turista, alijs tantum Paracelsista, aut in oppositum Gallenista. Vos autem estis omnia tres, quia excellitis in uno, sicut in altero.

Dixit nuper ad me quidam bonus Catholicus, quod non estis bene leitus in Biblīs: nam ponitis ip Motiūs vestris, Nechoe inter Prophetas Domini,

mini, & quidem in ordinaria successione Prophetarum populi Dei, qui tamen fuit Rex impius Aegypti.

Sed ego mox obuiavi ei ex Scripturis, dicens, Nunquid & Saul inter Prophetas? qui etiam fuit Rex impius. Cum autem ille instantiam daret, quod Saul tum adhuc pius fuerit, & quod Necho Rex planè Ethnicus. Ego respondi, quod nihil nocet, et si non estis tam bonus Biblicalis: quia, ut doctores nostri moderni dicunt, Biblia est liber hereticorum: unde uelius esset, quod non esset, quia tunc hereticis suis liber esset sublatus, & materia lris, & non possent amplius habere probationes, quas tantum sumunt ex Biblijs, sed reuerterentur ad gremium sancte matris Ecclesie, & ita ille totus confusus abiit.

Eritis etiam polyhistor plus, quam Solinus. Alij enim historias, sicut Medicis, in membra & compendia anatomizant, vel anathematizant: (nescio, utrum est magis recte) vos autem membra conglutinatis in unum corpus, sicut patet de historia Polonica.

Dicunt tamen quidam Lutherani, quod natura aberrarit, propter defectum quorundam membrorum, & produxit monstrum: quia praci-  
puos, ut Fulstenium & similes autores optimos, omiseritis: sed ego restitu-  
faciem eis, dicendo, quod, sicut una hirundo non facit ver: sic unus aut al-  
ter omissus autor non debet facere Guerr: tunc tacuit, sicut unus mus.

Et quare, queso, Domine gloriose, velletis vos in hoc grauare, tamen li-  
benter desudatis cottidie contra Nouatores Lutheranos, qui tamen sunt inconuertibiles, & ut audio, non magnificant vestros labores: sed unus di-  
cit, quod estis logodadalus, credo, quod est Hebraicum Latinum, sed vos  
bene scitis: aliis dicit, quod est Bestia Cumana, cui ego dixi, quod ipse  
loquitur bestiale latinum, quod ego non intelligo: at ille respondit, quod  
significet asinum: tum ego super eum iratus magis, quam credibile, dixi:  
Bestia, tu ne audes hunc dicere asinum, qui est doctus tam profundè, in  
linguis, in Philosophia, in Metaphysica & in omni scibili, ut, quotquot eum  
norunt, credant, quod scientia eius sit sine fundamentis.

Cum autem videatis, quod sitis illis tantum irrisibilis, rogo vos chari-  
tatiuè, velitis illos missos facere, & aliquid grandius attemptare, quod  
erit, si super nodosa illa questione scriperitus unum resolutiorium.

Pertinet

Pertinet autem multum ad vestram gloriam, domine subtilissime, quia estis alter, & quintus Doctor Cardinalis, vel quasi: Et quia vobis cum est, sicut cum Augustino, de quo scripsit quidam magnus dominus, ut scitis, domine mihi, (nam Augustinum, aiunt, vos deuorasse magis, quam Gregorius noster de Arimino) quod famae ipsius interest, ut quæ sita nouerit. Etsi enim vtcunque in alijs sacerdotibus, absque divini cultus detimento, tolleretur inscitia (alijs, mi domine, vt videtis, male mecum ageretur) tamen cum ad antistitem Augustinum ventum fuerit, legi decessit, quicquid ignorati contigerit. Sic etiam prorsus est vobis cum, quiescit alter Augustinus, etiam proprio vestro testimonio, quod est omni exceptione maius. Quis enim eruditonem vestram melius sciret, quam vos ipse? Sicut scriptum est: *Quis hominum scit, quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis, qui est in homine, ideoque eo melius vos scietis, quod maiores spiritus geritis.* Scribitis enim in Motiu vestris, quod promiseritis heretico illi, Pappo, quod velitis in continent, ohi den wenigsten bedacht/recta, in vestigio, eadem adhuc die, ex Augustino probare, Religionem nostram Catholicam, & omnes eius articulos, quod ego non possem praestare, nisi haberem ad manum Torrensis nostri confessionem Augustinianam. Ne itaque aliquid ignorare, aut in quoconque dubio desicere arbitremini, debetis vos in hac subtili questione oculos resoluere. Estis etiam sic satis ociosus, quia estis nuper factus unus Canonicus, nescio tamen, an regularis vel irregularis, credo autem, quod vos scitis. Risit me nuper quidam Lutheranus, quod volueritis fieri Canonicus, cum doctor quidam nouellus Catholicus scripsisset, quod hodie in Canonicorum Collegijs opes accreuerint, sed pietas decreuerit. Et quod tales omne propemodum iugum excusserint, veterum constitutionum repagula perfregerint, ut hodie vix vlla spes supersit, quod intra illa septa paulò anterioris vitæ (vt Regularis ordo prescribit) reuocari possint, ita ut vestigia vitæ Canonice in ædificijs tantum & nudis nominibus hodie maneant.

Sed ego dixi sibi, quod ille autor loquatur forte de Canoniciis secularibus, quod illi fuit magis risibile, dicens: quod unus quidam Catholicus Albertus Crantius,

*Hieronymus Torrensis  
Iesuita.*

*Georgius Cassander in  
suo indicio de Confess.  
Augustiana.*

## 10 PROLOGVS, SIVE PROHEMIVM.

de Canonici

*Alioquin Pelagius de  
planitu Ecclesie lib. 2.  
cap. 26.*

*Domine: quomodo est  
vobis?*

*N.B.*

*Hic sicut Hesamus:  
Quid si fuerit, ubi Cu-  
rios simulant, & Bac-  
chanalia viuant?*

Historicus scripsit, quod Canonicus secularis magis sit monstrum, quam Clericus aut religiosus, ideo ego respondi, quod ego bene sciam, quis est ille doctor, qui neque est bonus Papista, neque bonus Confessionista, sed unum partipium. Ille vero amplius contraveniens dixit, quod etiam alij doctores nostri irrefragabiles sic sentiant. Quidam enim scripsit: Nolunt (Canonici) etiam necessitate & utilitate Ecclesiae exigente (propter ignauiam) ad ordines promoueri. Sunt delicati, nolentes Ecclesias frequentare. Quidam eorum septem, nonnulli octo vel decem, vel etiam plures Canonici habent, & loca servitorum detinent occupata, neque ipsi serviunt, nec per se, nec per alios. Et quod deterius est, neque per hoc conscientiam sibi faciunt aliquam. Accumulant pecuniam de praebendis, nec pauperibus, quasi aliquid, largiuntur, sed & negotiantur de suis pecunijs. Male vivunt Canonici Ecclesiae Cathedralis, luxurijs debacchantes, unde dici potest de ipsis, quod tota domus ipsorum capite deorsum pendet. Discordant in capitulis, & partes sibi faciunt, maxime circa electiones, in quibus, quasi nihil, de Deo agitur, sed sequuntur carnalitatis affectum, non iudicium rationis, tam priuati, quam Praelati. De suis redditibus Ecclesiasticis emunt filii suis & consanguineis possessiones. Et sub eorum nomine, emtionum confici faciunt instrumenta, & sic defraudent Ecclesias, quia quicquid emitur de pecunia Ecclesiae, est Ecclesiae. Nisi Episcopi faciunt eorum voluntates, in capitulis suis ex malitia & contumacia contradicunt ipsis. Et quia, quae sua sunt, querunt, non quae Christi, raro concordant in electione. Et quia ad Ecclesiam non veniunt, communiter etiam officium, ut tenentur, non dicunt.

*Liber: Onus Ecclesie  
dictus & Anno 31. Co-  
lonia excusus, cap. 22.*

Et aliud quidam ait: Canonici tum regulares, tum seculares, inter se sectas faciunt, discordias nutriunt, alius super alios Praelaturas ambit, nouas inuentiones excogitant, quas loco legitimorum statutorum obseruant. Nam quicquid in Collegijs aut capitulis statuitur, communiter magis sapit peculiare commodum, quam Dei honorem, vel Christianam Rem-

Rempublicam. Vna inter reliquas abusiones subsannanda  
apparet, ac mentalem simoniam sapit, quod ad interessendum  
diuinis Canonici non charitate Dei inducuntur, sed  
per pecuniam, quam præsentiam vocant, singulis præsentibus  
distribuendam alliciuntur. Quæ tamen distributio non  
fit Clericis, in Ecclesia occupatis, sed ociosis, tanquam dignioribus Canonicis, qui licet à canendo Canonici nuncupentur, nomine tamen solùm in Ecclesia canunt.

Quid dicam de quibusdam Canonicis, qui erubuerunt esse religiosi, quibus obedientia onerosa, continentia rara, paupertas pecuniosa, & iugum Dei leue & suave, ipsis amarum & graue. Ideo libertatem affectarunt, cumulantes censem præbendarum, quo eorum competentia, esset voluptatum licentia, & amplior deliciarum copia. Impetrarunt pro se, non regulæ (quam prius perperam obseruarunt) mitigationem, sed extictionem, mores religionis loquentes, nefastos honores querentes, habitu honestatis se exuentes, & nefas vanitatis assumentes, truncatis superpellicijs, in choiro stantes, ut nescias, an sint Patres, an Bacchantes.

Hec cùm ille sic dixisset, addendo, quod in ore duorum aut trium testium stet omne verum, nec haberem ego, quod possem statim respondere, prairatotus rubui, sicut Gallus Indicus: tandem obviauit ei, dicendo, quod, propter plura vestra merita in Romanam Ecclesiam, deberetis etiam altius exaltari. Et feci eum totum confusum, ex illo ipso suo doctore, qui etiam hoc scribit: Quod aliquando in vna quadam Cathedrali Ecclesia (cuius nomen ille ponit) fuerint eligendi aliqui Canonici: & cùm alij suos nepotes, alij consanguineos nomina rent, inutiles planè & inhabiles: ibi quidam illorum, nominauit capituli asinum, quia per quindecim annos seruisset Ecclesiæ & Collegio. Quid igitur mirum, si etiam vos propter vestra merita ad Canonicatum promoti estis, & sic ille tacens domum repedauit. Nam, domine profunde, cùm sis Canonicus, et sic etiam multum ociosus, non debetis isti tam suavisib[il]e petitioni obniti. Videte, noster Georgius Tonser, fuit iam negotiosus, & tamen scriptit vnum bene longum tracta-

Canonum

N.B.

 Nota bone, vna  
magistralis etymologia.

D O M I N E.  
Was singt ih  
guts?

Aluarius Pelagius vbi  
supra.

tum, tantum super tres verba: Papa pepperit puerum, quamvis quidam Catholici dicunt, quid sit unus plagista, quia illa omnia ex Bellarmino nostro furatus sit, tamen nemo haec tenus illi respondere presumit, annō vos illud, & amplius, per ocium vestrum praestare possetis: tamen dudum fecisti unam probam, quia tantum super uno vocabulo iustificationis, & terminis dependentibus, scripsisti ter centum Theses, ne una quidem minus. Prob, mi domine, si hoc potuisse, tantum super significacione unius solum nominis, quid possetis, si ad rem vocabuli ventum esset, credo ego, quid faceretis innumerabiles supra stellas cœli & guttas maris

Vnum adhuc restat, sed queso, ne velitis super me irasci: dixit nuper ad me quidam Catholicus, de quo vos non crederetis, ego nescio (dixit ille) an Pistorius noster Magus aut fatuus sit. Quia scripsi in uno quodam libello Francofurti excuso, quid pestis curetur per certa quædam verba, quod est Magicum, & quod in eo libro disputatis, de vi quarundam literarum, sicut Cabalista. Item, de Ensoph, & de tribus finitoribus, & quinquaginta portis intelligentiæ, & quomodo ab Ensoph per tres finitores deriuetur ad nos causa efficaciæ verborum, ytpote, 1. Horizon æternitatis infinitæ. 2. Horizon æterhitatis temporalis (quod ille dixit, ein hülzin Schüreisen) 3. Horizon mundi supersupremi, & alia similia multa, quæ ego non potui intelligere, fuerunt enim mihi pagi Bohemici, ideo non potui vos excusare. Rogo autem vos, domine charitatue, cordialiter, & per Ensoph, & per finitores vestros, quorunque sunt, & per omnes portas intelligentiæ vestre, cum omnibus Horizontibus, æternitatis, temporalis & infinitæ, adeoque per mundum supersupremum, ne velitis attediari ad resolutionem tam abstrusa questionis, quid si feceritis, cum nemo alias id praestare presumferit, vere, quid vocamini, Pistor, in modo princeps & Magister Pistorum eritis.

Valete Bacchanaliter.

# Mus Exenteratus inci-

F I T F E L I C I T E R.

Q Y A S T I O.

*Si mus, aut aliud quodcunque brutum,  
hostiam consecratam corrodat vel  
comedat, queritur, anne corpus Christi  
corrodat aut comedat, aut quid de  
corpore Christi fiat?*

Quis hoc propositum pse  
tio medicorum & theologicorum

P R O T E S T A T I O.



ON EST AVTEM HAEC OCIOSA QVAESTIO, sicut Lutherani intendunt, aut etiam quidam Doctor nouellus Catholicus nuper scripsit, quod tales questiones sunt argutiae scholasticæ, curiosæ magis, quam necessariæ: sed potius ut nostri doctores dicere intendunt, est questio virtuosa, ita enim valde acutè discriminat questiones Doctor charitatiu[m] in Prologo. Sunt (inquit ille) quadruplices questiones: Primo, quædam sunt subtiles & studiose. Secundo, quædam difficiles sunt & curiose. Tertio quædam sunt ciuiles & contentiose, vel politice & litigiose. Quartò, quædam sunt vtiles & virtuose. Primum genus questionum disputatur in Schola theoria Philosophorum, vt in Physica & Metaphysica. Secundum genus disputatur communiter, in scholis Mathematicorum & Naturalium. Tertium genus disputatur in scholis Iuristarum, vt de litibus, & alijs contentionibus. Quartum vero genus utilium & virtuosarum questionum, solet pertractari in scholis Theologorum,

Thomas Hardingus  
contra Episcopum Sa-  
tiaburiensem.

Stephanus Brulifer su-  
per reportatis in Prolo-  
go super Doctorem Sc-  
raticum in quarto  
Sentent.

Acusen hominu[m].

gorum, quia ibi semper utilia ad morum ædificationem, & ad consequendam beatitudinem pertractantur.

*Etsi autem illa questio magis videri posset difficultas & curiosa, quam  
utilis & virtuosa: tamen cum doctores nostri tam multum desudarint  
in ea, non videtur id concedendum Sectarijs, sed tenenda erit contra eos  
distinctio Doctoris illuminati, qui ait: Duplex est curiositas. Vi-  
tiosa & vitanda, qua aliquis sic est curiosus, quod querit ali-  
quid omnino superfluum, & de quo nulla certa responsio  
dari potest. Alia est curiositas virtuosa, qua quis nobilitate  
animi occulta inquirere non attendatur. Et talem esse quæstio-  
nem propositam, quis dubitat?*

### Responso ad Quæstionem.

*P*rimò autem tenenda sunt quedam distinctiones: nam qui bene di-  
stinguit, bene docet. Notandum ergo, cum queritur, an corpus Chri-  
sti descendat in ventrem muris, quod differant, alius, uteruſ & venter.  
*Brulifer 4. Sent. dist. 13. queſt. 5.*  
*Eiam Caluinista, quan-*  
*do veram corporū Chri-  
ſti praesentiam è sacra  
Cana exturbare conan-  
tur, tales blasphemias  
erulant.*

*Delle.  
Pulchre.*

Notandum deinde, quod traijcere, idem est, quod intra  
projicere.

Notandum præterea, quod mus capitur dupliciter. Vno  
modo idem est, quod terra, & dicitur ab humo, & sic non ca-  
pitur hic. Alio modo capitur mus, vt est animal pusillum,  
quod ab humore terræ nascitur. Et dicunt Philosophi, quod  
tale animal non bibit, & sic capitur hic. Notandum insuper,  
quod edere, comedere, & manducare differunt. Nam edere  
est totaliter edere, & vorare, vel turpiter comedere, sine ma-  
sticatione. Comedere autem, significat, cum alijs turpiter  
comedere, nec differt ab edere, nisi quod societatem habet.  
Manducare vero est honestè comedere.

*Brulifer 4. Sent. dist. 9.  
queſt. 1.*

*Hoc est rem acut tan-  
geret.*

*Quod*

*Quod verò nunc ad ipsam questionem attinet, doctores nostri dividunt se in duos. Quidam enim arguunt, pro:dicentes, quòd sic: alijs arguunt contrà dicentes, quòd non.*

### Prima opinio.

**Q**uidam negant murem comedere corpus Christi. Et in ea sententia Petrus Lombardus est Magister ipse, qui dicit: Illud etiam sanè dici potest, quòd a brutis animalibus corpus Christi non sumitur, et si videatur.

DOCTOR SERAPHICVS ait: Vt cunq; muniatur hæc opinio (quòd corpus Christi descendat in ventrem muris) tamen pīz aures abhorrent audire, quòd in ventre muris, vel in cloaca sit corpus Christi, quamdiu species ibi subsistant. Propter hoc est alia opinio, quòd corpus Christi nullo modo descendat in ventrem muris. Et hæc opinio (inquit ille) communior est, honestior, & rationabilior.

*Et rursus: Videtur prima opinio nimis ampla (ait doctor ille) quæ dicit, quòd defertur corpus Christi, quousque species deferantur, quia tunc & mus in ventrem traiiceret, & in cloacam descenderet, quod aures pīz abhorrent &, si dice-remus, hæretici & infideles deriderent nos & irridenter.*

PELBARDVS DE TEMESSVVAR. Dicendum igitur (inquit ille) quòd verum corpus Christi manet sub speciebus, in ote vel ventre bruti, (scilicet secundùm opinionem Thomæ) magis enim abominatur Deus peccato-rem, quām creaturam irrationalē, quæ peccatum non fecit, sed sumtum à peccatoribus verè sumitur: ergo à fortiori, & à brutis. Nam si corpus Christi mitteretur ad locum immundum, non propter hoc desineret ibi esse corpus Christi, quamdiu manerent species. Ergo similiter & hic. Sed huius (scribit ille amplius) contrarium tenet S. Bonaventura, videlicet, quòd non, quia Christus non est sub illo Sacra-mento,

Bonaventura lib. 4.  
Sent. dist. 13. quaest. 1.  
Ha blasphemæ voces  
non sunt à Theologis  
Augustana Confess.  
excogitatae: sed à Pon-  
tificiis Scholasticis  
Theologi inuenientur: quas  
in Ecclesiis Christi  
enominebantur.

Et huiusmodi blasphemæ  
voces etiam Calvinisti  
veram corporis Christi  
(non transubstantia-  
tionali) præsentiam in sa-  
era Cœna irrident &  
confusant.

Bonavent. lib. 4. Sent.  
dist. 13. quaest. 2.  
Wett vistor.  
Pelbardus de Temes-  
svnar lib. 4. Rosarij vo-  
cabulo Euchar.  
parag. 23.

Pelbartus, sive Oficinal-  
dua de Lasto, ubi supra.  
Bonavent. lib. 4. Sent.  
dist. 13.

mento, nisi etenim, quatenus est ordinabilis ad usum humanum, id est, ad mandationem, sed sicut quam citò mus rodit, ita tam citò inhabilem facit, & Sacramentum esse desinit. Et haec est opinio communior & magis pia.

*Glossator, de consecr.  
dist. 2. c. Quod bene.*

*Glossa in Decreto Gratiani:* Nec dicendum, quod mus sumat corpus Domini. Statim enim desinit esse Sacramentum, ex quo ab eo tangitur.

*Summa Angelica, vo-  
cabulo Euchar. dist. 3.  
parag. 9.*

*Bonavent. lib. 4.  
Sent. dist. 12.*

*ANGELVS DE CLAVASIO:* Nunquid si mus comedat illas species, transibit corpus Christi in ventrem eius? Respondeo. S. Bonaventura (ait) Quidam dixerunt, quod sic, per rationem supra dictam: sed alijs videtur, quod non, quia Christus non est sub illo Sacramento, nisi quatenus est ordinabilis ad usum humanum, id est, ad mandationem, & sicut quam citò mus rodit, ita & tam citò inhabilem facit, & Sacramentum esse desinit, & haec est opinio communior, secundum Bonaventuram, & magis pia.

*Raimundus in Sum-  
mula cap. 1. fol. 14.*

*Idem cap. 1. fol. 32.*

*Argumentum invincibile.*

*Idem cap. 2. fol. 33.*

*RAIMUNDVS in Summula: Tertius casus.* Si animal brutum tangeret hostiam consecratam, & comederet ipsam, vtrum tale animal comederet verum corpus Christi? Respondetur secundum B. Innocentium, quod non, quia quam citò mus vel aliquid animal brutum comederet, tunc desinit amplius esse corpus Christi. Et rursus: Nunquid animalia bruta, sicut mus & canis, & sic de alijs, possunt recipere corpus Christi? Et arguitur, quod non: Quia si talia reciperent corpus Christi, vel reciperent ad salvationem vel ad damnationem. Sed nullum horum dicendum est, ergo. Minor patet, quia eorum animæ moriuntur cum corporibus, Ergo non accipiunt ad salvationem. Nec ad damnationem, ex eadem ratione.

*Et paulo post:* Sed S. Innocentius dicit, quod animalia bruta non recipiunt Sacramentum, quia quando talia tangunt Sacramentum, tunc ibi non manet corpus Christi, sed Deus gloriosus ex sua cunctipotentia transmutat corpus Christi in speciem panis, ex contactu animalium brutorum, sicut per

per eius potentiam , transmutat speciem panis in corpus Christi. Et sic ibidem non est aliud, nisi panis.

Taceo iam alios, Innocentium autem 3. Pontificem Romanum preterire non debo, qui de hac quæstione sic tenet: Si modò quæratur, quid à mure comedatur, vel quid incineretur, cùm Sacramentum crematur? Respondetur, quòd sicut miraculosè substantia panis conuertitur in corpus Dominicum, & incipit esse sub Sacramento: sic ipsa quodammodo miraculosè reuertitur, cùm ipsum corpus Dominicum ibi definit esse.

Innocent, lib. 3. de officiis Ecclesiæ, cap. de fractione.

Bonavent. 4. Sentent. dist. 12. art. 2. quæst. 1. Gabriel super Can. Missæ, lect. 45.

Videatur Fortalicium fidei, & alij complures.

## Secunda opinio.

**I**N contrarium autem est alia opinio dicentium, quòd mus, canis, aut suis comedens hostiam consecratam, corpus Christi comedat.

ALEXANDER DE ALES : Prima opinio, quæ dicit, quòd corpus Christi defertur, quounque species deferuntur, vt in ventrem canis vel suis, vel in alia loca immunda, videtur vera. Salvo enim esse specierum, non definit esse Sacramentum, nec Christus sub specie.

Et rursus: Si canis aut porcus deglutiatur hostiam consecratam, non video, quare corpus Christi non simul traiiceretur in ventrem canis vel porci.

Item: Quidam dicunt, vbiunque ponantur species, siue *Idem, ubi supra.* in mundo loco, siue in immundo, siue in ventre muris, quòd ibi est corpus Christi. Et in hoc non derogatur corpori Christi, nec Sacramento.

Similiter THOMAS DE AQVINO: Quidā dixerunt, quòd quamprimum Sacramentum sumitur à mure, vel à cane, definit ibi esse corpus Christi & sanguis eius. Sed hoc derogat veritati huius Sacramenti. Dicendum ergo, quòd si mus, aut canis, hostiam consecratam manducet, substantia corporis Christi non definit esse sub speciebus, quamdiu species illæ manent. Sic etiam si proiiceretur in lutum.

*Thomas, lib. 4. Sent.  
diss. 9. quæst. 2.*

*Idem alibi:* Circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod corpus Christi non manducetur a brutis, ita quod in ventrem traiiciatur, eò quod Christi corpus non est sub illis speciebus, nisi prout est ordinabile ad usum humanum. Ex quo autem species descendunt in ventrem muris, non possunt ordinari ad usum humanum, ideo definit esse corpus Christi. Sed haec ratio non valet, propter duo. Primo, quia supponit falsum. Cum enim species trahi et in ventrem, non statim esse desinant, possunt adhuc de ventre animalis extrahi, & in usum venire. Secundo, quia quamvis aliquid ordinatur ad usum aliquem, non tamen oportet, quod esse definit, quando quis ut eo non potest. Ideo secundum alias dicendum, quod verum corpus Christi maneat adhuc sub speciebus, a brutis ore acceptis, & in ventrem trahi etis.

*Brulifer lib. 4. Sent.  
diss. 13. quæst. 5.*

**STEPHANVS BRVLIFER:** Aliqui dixerunt, quod corpus Christi in illis speciebus continetur inseparabiliter, quamdiu sunt Sacramentum, & ideo dicunt, quod corpus CHRISTI est sub illis speciebus in ventre muris, quamdiu sunt illæ species in farina panis, & ista opinio modo tenetur, & est securior.

Alia autem opinio est, quod corpus Christi nullo modo descendat in ventrem muris, sed quando mus incipit rodere, tunc Sacramentum esse definit, & corpus Christi in substantiam panis reddit. Et similiter dicendum est, quando projectur in cloacam vel latrinam. Sed ista opinio modo non tenetur.

*Inguen, lib. 4. Sentent.  
quæst. 6. art. 4.*

**MARSILIVS Inguen:** Primo notandum est, quod hostiam consecratam sumere potest brutum. Sumeret autem brutum corpus Christi realiter, quia illa substantia, quam comedit, est corpus Christi.

*Et paulo post:* Tribus modis potest accipi corpus Domini. Primo realiter, secundum sacramentaliter, tertio spiritualiter. Realiter, ut a bruto, &c.

BVR-

BVRGENSIS: Mus, hostiam comedens, suscipit corpus Christi. Johannes de Burgo, de custod. Euchar. cap. 10.

Concilium Arelatense, citante Gratiano: Qui bene non custodierit sacrificium, & mus vel aliud animal comedenter illud, 40. dies pœnitentia. Grat. de consecr. dist. 2. C. Qui bene.

G L O S S A T O R : Etsi prius dixerat, non dicendum, quod mus sumat corpus Domini, tamen statim addit: Sitamen dicatur, quod sumat, non est magnum inconueniens, cum sceleratissimi homines istud sumant. Glossat. de consecr. dist. 2. C. Qui bene.

D V R A N D V S de S. Portiano: Competit tamen bruto, & animali cuicunque, bono vel malo, species sacramentales sumere, & per consequens ipsum Sacramentum, licet accidentaliter, quia cum corpus Christi sit sub speciebus ex vi consecrationis, manentibus speciebus consecratis, manet & corpus Christi, & sumuntur eis, sumitur corpus Christi, per accidentem: licet quidam erronee senserint contrarium, dicentes, quod corpus Christi est in hoc Sacramento, prout ordinatur ad usum humanum. Ex quo autem sumuntur tales species a creatura irrationali, amplius non ordinatur ad usum humanum, utpote cum sint in ventre muris, vel cuiuscunque alterius animalis, & ideo dicunt, quod ibi definat esse corpus Christi. Sed istud est falsum. Durandus de S. Portiano, lib. 4. Sent. dist. 9. quæst. 3.

F R A N C I S C U S Mayronis: Quarta difficultas est, si vermis species panis comedat, vel sortilegijs applicetur, nunc quid corpus Christi a speciebus recedit? Ibi dicit unus doctor, quod non manet, quia non applicatur usui, ad quem ordinatum est. Sed contrarium mihi videtur, & dicitur, quod quamdiu species ibi manent, tam diu manet etiam ibi corpus Christi. Franciscus Meyronis, lib. 4. Sent. dist. 13. quæst. 1.

P E T R U S de palude: Secunda conclusio est, quod brutum potest illud Sacramentum sumere, quia eius essentia est materia consecratio, quam brutum vere sumit, quia vere manducat species, sub quibus vere est corpus Christi. Et dato, Petrus de palude, lib. 4. Sent. dist. 9. quæst. 1.

quod propter hoc reddantur inhabiles ad usum hominis, propter quem sunt, nihilominus non propter hoc desinit ibi esse corpus Christi, sicut per hoc quod aqua congelatur, non desinit esse benedicta.

*De Antonino Archiepiscopo Florentino, quod eiusdem cum Paludano opinionis fuerit, infra suo loco amplius dicetur.*

*Herueus Britto: 4. Sent.  
diff. 9. quest. 1.*

**H E R V E S** in quarto: Sacramentum Eucharistiae perficitur in consecratione materiae. Ideo quicquid sit illud, quod sumit hostiam consecratam, siue intendat sumere ut Sacramentum, siue non, sumit id, quod vere est Sacramentum. Et ibidem. Si hostia sumitur a bruto, siue a quocunque alio, verè sumitur corpus Christi, prout habet esse in Sacramento.

*Gerson in Compendio  
Theologiae, part. 2. 27.*

N.B.

N.B.

**G E R S O N** in *Compendio Theologiae de Sacramento Eucharistie*: Ad secundum, scilicet, utrum (corpus Christi) in ventrem vadat. Dicitur secundum quosdam, quod, dum est in ore adhuc, praesens est sub illis speciebus. Sed statim cum glutitur corpus Christi, transit in mentem, & species illa panis & vini in ventrem. Alij, quibus magis credendum est, dicunt, quod (corpus Christi) intrat in ventrem, & ibi tamdiu remanet, quamdiu species illae sunt incorruptae. Et, cum species ibi esse desinunt panis & vini, desinit etiam ibi esse caro & sanguis Christi. Quod etiam contingere, si in pyxide (similiter autem & in ventre muris aut porci) per diutinam conservationem corrumperentur & perirent species illae.

*Idem contra Floret. scribit:* Brutum sumit corpus Christi per accidens, quia sumit illud, in quo est.

*Gabriell lib. 4. Sent.  
diff. 13.*

**G A B R I E L B I E L**: Quod brutum sumens species sacramentales, non sumat corpus Christi, non tenetur a doctoribus.

*Facultas & Magistri  
nostrri Parisienses.*

*Cui etiam assentiuntur Magistri nostri Parisienses, qui, dum suam sententiam de Magistro, scribente, quod corpus Christi in Eucharistia non sumatur a bruto, referunt, dicant: Hic Magister non tenetur.*

*Gabriel*

Gabriel rursus scribit: Per nullam transmutationem factam circa species sacramentales, desinit esse corpus Christi sub eisdem, & sanguis eius, cum qua manet substantia panis & vi- ni, si non fuisset facta consecratio. Et, quandocunque fit talis transmutatio specierum, quod per eam corruptitur substantia panis & vini, si non fuisset facta consecratio, tunc desinit esse corpus & sanguis Christi, sub illis speciebus transmutatis. Et hoc veritatem habet, siue species illae sumantur ab homine, siue a bruto.

Gabriel lib. 4. Sent.  
diff. 12.

Idem lectione 84. super Canonem Missæ, cum recitasset sententiam Thomæ, Alexandri, & Richardi, non solum Thomam Bonaventurae opiniōni opposuit, eamq̄ue refutat, sed addit etiam: Inter omnes has (quarum quinque posuerat) opiniones, opinio Alexandri, Thomæ, & Richardi videtur verior, & communior. Sic etiam Idem ubi suprà: lect. 84. alibi pluribus in hanc sententiam loquitur.

Gabriel super Can.  
Missæ, lect. 84.

Et cum Richardi eandem opinionem esse dicat Gabriel, cum Alexan-  
dri & Thomæ, videtur etiam illa ponenda, que sic sonat: Corpus Christi verum, sub specie realiter contentum, sumitur, sed sic sumtum corporaliter non masticatur, tamen nisi species tamdiu in ore masticentur, quod per digestionem, ibi factam, corruptatur in eis forma propria, sed descendat in forma propria in stomachum, corpus Christi in stomachum descendit, per descensum speciei, sub qua continetur, quam-  
diu in ea speciei forma propria seruatur. Sic ille.

Richardus in 4. Sent.  
diff. 9. quest. 1.

Quam sententiā ideo ponere volui, ut videatis, quod et si nec canis, nec porci, aut muris meminit, tamen eandem illius esse dicit sententiam cum Thoma & Alexandro, qui a dicit, speciebus manentibus integris & descendentibus in ventrem hominis vel bruti, etiam corpus Christi in ventrem vel stomachum eius descendere, in qua opinione, cum sint plerique omnes Sententiarum, Summis & Spermologi, siue Sermocinista & Postillato-  
res, sequitur, plerosque omnes ex doctoribus nostris statuere, quod mus, comedens hostiam consecratam, corpus Christi comedat, & in ventrem seu stomachum traiiciat, de qua re copiosius Gabriel lect. 84. super Can. Missæ.

Iam quod me vertam, domine cordialissime, unus affirmat, alter negat; unus ait, quod sic, alter, quod non, cum autem contradictoria, ut sic, verificari non possint, cui credam?

Bonavent. lib. 4. Sent.  
dist. 13. quest. 2.

Super Can. Miss  
lect. 84.

N.B.

Bonavent. lib. 4. Sent.  
dist. 13. quest. 2.  
Gabrielle lect. 84. super  
Can. Miss.

Bonavent. ubi. supra.

Doctor noster Seraphicus dicit quidem, quod sua & Magistri sententia est communior, sed id negat Gabriel. & scribit, quod sua & Alexandri, Thomae & Richardi sit communior: imo scribit, quod altera (Seraphici Doctoris) sententia, tanquam haeretica (audire quo domine mi) tanquam haeretica (inquit dominus Praepositus) sublata, contrarium eius teneatur ab omnibus.

Dicit etiam Seraphicus ille doctor, quod sua sententia est honestior. Et videtur, quod sic: sed in contrarium est, quod Eielus scribit, quod sua & Thomae sententia est verior, quomodo igitur illa altera honestior, anné honestum esse potest, quod non est verum?

Sic etiam nescio, an est verisimile, quod ait, quod sua & Magistri sententia sit rationabilior, cum argumenta in contrarium multo plures ad assensum mouerint. Multo minus scio, an est Thomae sententia securior, sicut Brulifer arguit: mihi certe, nisi esset haeticum, securius videretur, dicere, quod non comedenter corpus Christi brutum: quia Sacra menta debent esse ordinabilia ad usum humanum, ut Bonaventura, & qui cum illo sentiunt, affirmant, sed ne Lutheranus consentire velle videar, taceo, timeo enim banniri.

### Prioris partis Argumenta.

**P**onam autem utriusque partis doctorum rationes, ut vos iudicetis, utriusnam argumenta sint magis rationabilia, aut irrationalibia. I. Qui Magistrum nostrum Lombardum sequuntur, illi primum autoritatem eius opponunt, de qua ego postea plura.

Thomas lib. 4. Sent.  
dist. 9. quest. 2.

2.

Deinde arguunt: Si mus comedenter corpus Christi, aut comedenter sacramentaliter, aut spiritualiter: Sed neutro horum modorum comedit. Ergo. Maior patet ex sufficienti enumeratione. Minor probatur, non sacramentaliter: quia Sacra-

cra-

creamenta tantum creaturæ rationali sunt tradita: Sed talis non est mus, aut quodcunque brutum. Ergo, nec spiritualiter, quia M V S N O N C R E D I T.

*Tertiò sic arguunt:* Si mus baptizaretur in nomine Trinitatis, nihil reciperet magis, quam si in aqua simplici lauaretur: quia non est susceptibilis Sacramenti: Ergo à pari, in Eucharistia non plus sumit, quam si comedet simplicem panem.

*Quarti dicunt:* Corpus Christi non est in Sacramento, nisi quatenus est ordinabile ad usum humanum, scilicet manducationem: ex quo autem in ventrem muris descendunt species, non possunt ordinari ad usum humanum. Ergo definit ibi esse corpus Christi.

3.

4.

### Responsio.

**I**lli autem, qui contradicunt his, respondent ad primum argumentum, quod Magister loquatur de manducatione sacramentali, non autem de accidentalibus: vel, quod loquatur secundum aliam opinionem. Posset etiam addi tertia responsio sufficiata, ex Gabriele, quod Magister hic non tenetur.

*Ad secundum Argumentum respondent,* quod rectè arguatur de eo, qui Sacramentum accipit, ut Sacramentum: sed quia mus tantum per accidens accipit, ut pote accipiens id, in quo est corpus Christi, & ut cibum naturalem, ideo non procedit Argumentum.

*Ad tertium illi,* quod hoc, quod est Sacramentum in Baptismo, est aliquis effectus inductus in recipiente, cuius creatura irrationalis capax esse non potest, & ideo creatura irrationalis Sacramentum Baptismi non recipit, neque per se, neque per accidens: sed Sacramentum Eucharistiae consistit in ipsa materiæ consecratione, & ideo potest creatura irrationalis eam accipere, non per se, sed per accidens.

Ad quart-

Bonavent. 4. Sent.dist. 13. quaest. 1.Bonavent. ubi supra.Rursus idem.

*Idem ubi suprà.*

*Hoc est unum notabilissimum ex Scholastica Theologia.*

*Ad quartum respondent dupliciter: primò, quòd præsupponat falso: cùm enim species, in ventrem muris traiectæ, non statim esse desinant, vel in aliud conuantantur, possunt extrahi ex ventre animalis, & adhuc in usum venire. Deinde etsi aliud ordinetur ad usum aliquem, non tamen oportet, quòd esse desinat, quando quis eo uti non potest.*

### Alterius partis Argumenta.

*Bonavent.lib.4. Sent. dist.13.art.2. quæst.1.*

**I.**

**Q**uicquid sumit species sacramentales, sumit etiam id, quod eis inseparabiliter unitum est. Sed nus sumit species sacramentales. Ergo etiam id, quod illis inseparabiliter unitum est, quod est corpus Christi.

Deus magis refugit peccatorem, quam creaturam irrationalē, in qua non est, nisi quòd Deus in ea fecit, qui solus culpam non fecit. Sed corpus Christi à peccatoribus vere sumitur. Ergo & à brutis.

*Idem ibidem.*

Si non minus est corpus Christi cum speciebus, in vase polluto, quam mundo, inconueniens esset dicere, quòd non esset cum speciebus in ventre muris, aut bruti. Sed prius est. Ergo & posterius.

Si nus comedit hostiam consecratam, quod non est negandum, quia patet per experientiam, tum aut substantiam comedit, aut accidentia: si substantiam, ergo corpus Christi, cùm ibi nulla alia substantia sit: si vero comedit accidentia, & ibi nulla accidentia sint, sine subiecto, nisi quamdiu est Eucharistia, sequitur, quòd nus comedens accidentia panis & vini, comedat corpus Christi.

### Responsio.

*Thomas 4. Sent. dist. 9. quæst. 2.*

**S**ed qui contrariam sententiam sequuntur, respondent etiam ad illa argumenta.

*Ad primum: Quòd verum sit argumentum, quamdiu scilicet illæ species habent rationem Sacramenti. Ergo.*

*ad*

*Ad secundum dicunt: quod duo sint in peccatore, natura & culpa, quod etsi Deus culpam detestetur: non tamen odit naturam, quam fecit, immo in tantum diligit, quod paratus est remittere peccatum, si ipse consentiat. Et quamvis mus non peccat: tamen homo, licet peccator, ratione habilitatis naturalis, magis idoneus est sumere quam mus, neque unquam peccator ita vitiat vel corrumpit naturam rationalem, quin sit nobilior quam irrationalis.*

*Ad tertium de vase immundo respondent, quod non est simile, quia pollutio vasis non aufert habilitatem Sacramenti ad usum, & per hoc non aufert, quin sit Sacramentum, & ita non tollit contentum.*

*Ad quartum arguunt: Vel comedit accidentia, quae sunt virtute supra naturam possibilia, conuerti in substantiam: vel quod comedit substantiam panis, quae reuersa est, postquam mus incepit rodere accidentia.*

*Videtis ergo, domine mi, quomodo doctores nostri inter rationibus litigiosè pugnat, sequē mutuò suis rationibus manifestent, sic, quod ego non scio, cui debeam credere: videntur tamen mihi Thomæ rationes magis rationabiles, aut si Bonaventura etiam dici debent rationabiles, tum Thoma dicendæ erunt rationabilissime.*

*Id ego alijs quatuor argumentis probabo, qua ex doctoribus nostris etiam de promptis sunt.*

### Primum Argumentum.

**S**i corpus Christi manet cum speciebus sacramentalibus, etiam si proieciantur in locum immundum, & ut doctores nostri dicunt, in lutum, latrinam vel cloacam, etiam manebit corpus Christi cum speciebus sacramentalibus in ventre muris, quia non videtur magis inconueniens. Sed primum est sic, ergo & secundum. Maior manifesta est. Minor probatur omnibus doctoribus nostris, Thomistis, per se, Seraphicis, ex absurdo, & ex consequenti, quod non negant Thomistæ.

*Thom. Aquinas lib. 4.  
Sent. dist. 9. quest. 3.*

*Thomas ait, quod projiciens corpus Christi in lutum, magis peccet, quam peccator illud sumens, quia magis abutitur Sacramento.*

*Thomae par. 3. Sum.  
quest. 10. art. 3.*

*Et alibi scribit idem: Dicendum ergo, quod si mus aut canis hostiam consecratam manducet, substantia corporis Christi non desinat esse sub speciebus, quamdiu species illæ manent. Sic etiam si projiceretur in lutum.*

*Maior lib. 4. Sentent.  
dist. 9. quest. 1.*

*Io H A N : M A I O R inquit: quod peccatori etiam in mortali existenti, licet, iudicium præceptum est, corpus Christi leuare è luto, nec datur illi tempus deliberandi de peccatis.*

*Brulifer lib. 4. Sent.  
dist. 13. quest. 5.*

*B R U L I F E R etiam, cum aliorum opinionem posuisset, tenentium, quod mox desinat esse corpus Christi sub speciebus, si mus hostiam comedat, addit: Similiter tenendum, quando proiecitur in latrinam vel cloacam. Sed ista opinio (inquit ille) modò non tenetur. Ergo communis opinio doctorum est, quod, manentibus speciebus, maneat etiam corpus Christi, tam in latrina & cloaca, quam in luto aut alio loco immundo.*

*Pistor, recogno tuos de-  
stores, nihil horum in  
Luther.*  
*Bonavent. lib. 4. Sent.  
dist. 13. quest. 2.*

*Et de hoc habetur etiam opinio Doctoris Seraphici, qui ait: Videtur prima opinio nimis ampla, quæ dicit, quod defertur corpus Christi, quousque species deferuntur, quia tunc & mus in ventrem traijceret, & in cloacam descenderet, quod piæ aures abhorrent. Et alibi: Vt cunq; muniatur hæc opinio (quod corpus Christi descendat in ventrem muris) tamen piæ aures abhorrent audire, quod in ventre muris vel in cloaca sit corpus Christi, quibus si se habentibus, stat meum argumentum.*

*Idem lib. 4. Sentent.  
dist. 13. quest. 1.*

## Secundum Argumentum.

*Bonavent. 4. Sentent.  
dist. 13. quest. 2.  
De conser. dist. 2. c.  
tribus gradibus.  
Leib. 84. super Can.  
Misso.*

*Q*uicquid euomitur, sicut in stomacho, corpus Christi euomitur. Ergo Maiorem probo auctoritate doctoris Seraphici, qui scribit: Non enim vomitur, nisi quod traijicitur. Et Glossa ait: quod bene species descendunt in stomachum, aliter quomodo euometur. Similiter Gabriel: Quod verò euomitur (inquit) in ventre, ad tempus sicut.

*Mino-*

Minorem etiam probo, 1. autoritate Beda, citante Gratiano: Si quis (inquit) per ebrietatem aut voracitatem Eucharistiam euomuerit, 40. dies pœniteat. 2. Gabrieli: Siejcitur per vomitum, & discerni possunt species panis, ab alijs cibis simul emisis, & sumi potest sine nausea, & periculo vomitus iterati, tunc debent sumi, sicut verum Sacram entuni, ne amplior fiat irreuerentia Sacramento, per incinerationem scilicet. Si autem sunt nauseales, honorificè recondi debent cum alijs reliquijs. 3. Nicolai de Orbellis: Sialiquis Eucharistiam vomat, vomitus debet cremari, & cineres iuxta altare reponi. 4. Angelii de Clauasio: Si euomatur Eucharistia per ebrietatem aut voracitatem, laicus 40. clericus vel religiosus per 70. Episcopus autem per 90. dies pœniteat. Si verò per infirmitatem euomuerit, per 60. dies pœniteat. 5. Raimundi: Notandum, quod quicunq; euomit corpus Christi, ille peccat mortali-  
ter, & licet aliquis ex magna infirmitate euomit, tamen post conualescentiam, debet pœnitere per 7. dies, in pane & aqua.  
Idem ibidem: Si ex casu euenerit, quod infirmus sumeret cor-  
pus Christi, & deinde euomeret, vel expueret, tum sacerdos debet illum vomitum projicere in ignem, vel in aquam fluen-  
tem, & hoc verum est, si species panis consecrati non appar-  
tent, si autem apparerent, debet sacerdos illam sumere, vel in loco consecrato firmiter custodire. 6. Iohannis à lapide, Quid agendum, si statim post sumptionem aliquis patiatur vomitum? R. Reuerenter recolligantur species panis, si dis-  
cerni possunt, & reponantur in sacrario, vel sumantur ab ali-  
quo, si saltem esset aliquis ad sumendum dispositus absque nausea, & ea, in quibus inuentæ fuerint species, comburan-  
tur, & cineres in sacrario reponantur.

Hinc etiam quæstio illa est, si corpus Christi dari debeat infirmo facienti vomitum. Et respondetur, quod non, sed sa-  
cerdos debet ipsi solummodo ostendere, & dicere, vt credat, quod ibi sit corpus Christi, & tum corpus Domini mandu-  
cat. Et est de hoc vna quædam mirabilis historia. Quidam

E 2 ha-

Beda Presbyter in pœ-  
nitentiali.

De confes. diff. 2. c.

Si quis

Super Can. Miss.

lect. 84.

Nicolai de Orbellis,  
4. Sent. diff. 13. quæst. 5.

Angelii de Clauasio de  
Eucharistia, diff. 3. pa-  
raph. 43.

Raymundus in Sum-  
mula de Eucharistia.

Idem ubi suprà.

Iohan. à lapide in res-  
olutione dubiorum, du-  
bio 40. cap. 6.

Raymundus in Sum-  
mula cap. 4.

*Discipulus, sermone 8o.* habens magnam deuotionem ad Sacramentum, & omni die, si aliquo modo potuit, audiuit integrum Missam. Sed cum mori debebat, & propter vomitum communicare non posset, & de eo multum doleret, petijt latus suum sibi lauari, & in panno mundissimo corpus Christi superponi, quo facto pannus paulatim corpori Christi cessit, & mox ubi corpus Christi nudam cutem istius hominis tetigit, usque ad cor, vi-  
denteribus cunctis, penetrauit.

### Tertium Argumentum.

**Q**uicquid emittitur per secessum, anteā fuit in stomacho. Sed sic est cum corpore Christi. Ergo.

*De consecr. diff. 2.  
C. Tribus gradibus.  
Bonavent. 4. Sentent.  
diff. 13, quæ diff. 2.*

*Iohan: à lapide Char-  
tusianus in resolutione  
dubiorum cap. 6. du-  
bio 4.*

*Vide etiam infra aliud  
argum. ex Antonino, se-  
quis patiatur fluxum.*

*Minorem probabo. Ex Decret: citante etiam Bonaventura: Qui re-  
siduum corporis Dominici, quæ in sacrario relicta sunt, con-  
sumunt, non statim ad communes cibos percipiendos con-  
ueniant, ne putentur sacræ portioni miscere cibum, qui per  
aqualiculos digestus, in secessum effunditur. Et hoc non dice-  
rent, nisi putarent, quod corpus Domini descenderet in ventrem, & ef-  
funderetur per secessum. Et Iohan. de lapide: Quid agendum, si quis  
post sumptionem, ex infirmitate statim emitteret per seces-  
sum quod sumvit? R. Recolligantur species, & fiat sicut in  
præcedenti dubio, hoc est, vel reponantur in sacrario spe-  
cies panis, si discerni possunt, vel sumantur ab aliquo, si sal-  
tem adsit aliquis ad sumendum dispositus absque nausea, &  
ea in quibus inuentæ fuerint species, comburantur, & cine-  
res in sacrario recondantur.*

### Quartum Argumentum.

**S**i Diabolus comedit corpus Christi: tum & mus. Sed prius est. Er-  
go & posterius.

*Mino-*

*Minorem probo autoritate Durandi, qui scribit: Quod tam malo  
quam bono angelo conueniat, species sacramentales, & sic  
ipsum Sacramentum per accidens, sumere, cum corpus  
Christi vi consecrationis sit sub speciebus illis: & manenti-  
bus speciebus consecratis, manet & corpus Christi, & sumitis  
eis, sumitur & corpus Christi per accidens.*

*Durand. super lib. 4.  
Sent. dist. 9. quas. 3.*

*Quid autem valere debeant ista doctorum nostrorum argumenta, vos  
dicite, qui estis acutus magis quam mille artifex. Ego interim de auto-  
ritatibus doctorum supra dictorum, eas inter se conferendo, aliquid dicam,  
an forte melius pateat ex eo, cui sit credendum.*

### COLLATIO DOCTORVM, ET AV-

TO R I T A T E S E O R V M : E T P R I-

*m̄ illorum, qui dicunt, quod Mus non comedat cor-  
pus Christi.*

**N**TER EOS QVI ARGVVNT, QVOD  
corpus Christi à mure nequaquam comedatur, est in-  
primis Petrus ille, non quidem Apostolus, sed dictus  
LOMBARDVS, Episcopus olim Parisiensis, de  
quo Sixtus noster ait: quod omnes Scholæ Theo-  
logorum, singulari quadam venerationis excellentia, Ma-  
gistrum sententiarum eum appellant. Si igitur contra illum pro  
discipulis ipsius faciam, tum discipulus erit supra Magistrum, quod est  
contra Scripturam, dicentem, quod discipulus non est supra Magi-  
strum.

*Sixtus Senensis lib. 4.  
Biblioteca sanctæ,  
pag. 291.*

Scribit ille ipse Petrus, se, in candelabro, lucernam veri-  
tatis excitare volentem, atque ora quibusdam opilare, in la-  
bore multo ac sudore, volumen compegisſe, testimonij ve-  
ritatis in æternum fundatis. Si itaque contra ipsum pro Thoma  
stare velim, quomodo verificabitur, quod iam dictum est? & sic euer-  
tentur in æternum fundata. Præterea, quod magis abhorreo, ero here-  
ticus, ut timeo, sicut Lutherani. Nam Magister ille epilogando suum

*Petrus Lombardus in  
Prologo.*

*Petrus Lombardus in  
Epilog. quarti Sint.*

tractatum, in quarto, dicit: Qui his contradicit, hæreticus iudicabitur.

Hartmannus Schedelius, Chronicon Noribergense.  
Antoninus par. 3. Summa H. Tit. 19. cap. 1. parag. 6.

Rhythmi anno 1230. scripti recenti Francofurti excusi, Catalogus restum veritatis. Joachimus ipse in Ierusalem Prophetam.

Et hoc accidit Abbatio loachimo, qui et si spiritu Prophetico impletus, futura vi praesentia disserebat, tamen cum scripsisset librum contra Magistrum, damnatus legitur ab Innocentio III. in Lateranensi Concilio, in quo præsentes fuerunt mille & trecenti Prelati, quod si singuli singulis asinis aduenti venerunt, quot putatis, Domine Catholice, tum fuisse astros Roma? Quamvis alia fuisse causa damnationis quibusdam videtur. Legitur enim, quod Simoniam, luxum & avaritiam cleri multum reprehenderit, & dixerit, eos esse causam, quod Iudæi & Ethnici non conuertantur, quod videtur hæreticum: & quod Ecclesia sit repurganda: & in primis illud, quod interrogatus à Richardo, Angliæ Rege, de aduentu Antichristi, respondit, dum fuisse Romæ, & ibi extolli super omne, quod Deus dicitur, id quod est hæreticissimum.

Sixtus Senensis lib. 4. Bibliotheca sancti. Trithemius in Bonaventura.

Gerson, citante Brulifero.

Brulifer in Prologo, super reportatu in prium Sent. S. Bonavent. Trithemius de virtu illustribus.

Platina, Stella, & alij in Gregorio decimo. Idem qui si præ in Innocentio quarto.

Magistro nostro suffragatur s. BONAVENTURA, Franciscanus, Episcopus Albanensis, Doctor Seraphicus vulgo dictus, Theologus eminentissimus, qui scripsit Postillam unam super Lucam, & Postillam aliam super Iohannem: Historiam vita, Diui Francisci, maiorem & minorem, Breuiloquium, Soliloquium & Centiloquium. Item, de sandalijs Apostolorum, & vnum Scintillarium. Itinerarium mentis in D E V M, & itinerarium aliud mentis in seipsum, in primis autem considerationem deuotam, de sex alis Seraphim, unde forte Doctor Seraphicus dictus fuit, quamvis Doctor Consolatorius aliam rationem adfert, cur non solum Seraphicus, sed etiam Cherubicus dici bene meruit, cum ait: Non tantum Cherubicus vocari potest, quia intellectum illuminat, sed etiam Seraphicus recte appellatur, quia inflamat & affectum. Vnde alius quidam Doctor scripsit: Flammantia, non inflantia verba profert.

Fuit etiam doctus tam valde, ac tam deuotus, quod à S. D. N. Papa Gregorio decimo, Cardinalis factus sit, & rubro Galero donatus; nam sic paulo ante ordinauerat S. D. N. Papa Innocentius quartus, ut Cardi-

**Cardinales rubro Galero & equo phalerato vterentur, quando per urbem incederent, ut sic ostenderent (sicut Massæus noster scribit) separatos esse pro fide Catholica & salute populi sanguinem profundere, quamvis Platina noster dicat, quod tandem honestandi ordinis gratia factum sit.**

Christian: Massæus in Chronolog.

Platina in Innocentio 4.

*Vtinam autem sic esset, & non magis opes alienas, hoc est, sancta matris Ecclesia, quam proprium sanguinem quidam profunderent, ne heretici scandalizarentur, sicut de quodam scribitur, prob nimium verum, quod duobus tantum annis (nam ultra non vixit in Cardinalatu) ducenta aureorum millia profuderit, & insuper sexaginta millia aureorum æris alieni, argenteorum vero 300. pondo reliquerit, quod probabilitate de illo creditur, quia aureis vestibus usus dicitur, & lectos suos aureis stragulis contexisse, & onus ventris ipsis argenteis excepsisse, (ipse onus terræ inutile) calceos etiam amicæ sua Tiresia margaritis opertos comparasse legitur, de quo etiam Sectarij garriunt, quod hoc non sit suum proprium, sed pauperum sanguinem profundere. Decepit tabidus voluptate, cum esset annorum tantum 28. Et ex hoc Poetry quidam de illo sic carminis auer:*

*At tu implumecaput, cui tanta licentia quondam,  
Fæmineos fuit in coitus: tua furga putabas,  
Hic quoque pretextu mitrae, impunita relinqui:  
Sic meruit tua fæda Venus: sic prodiga in omnem  
Nequitiam, ad virtutis opus, tua auara libido,  
Illa Dionæ Cythereia munera conchæ,  
Illa pudicitia quibus impugnare solebas,  
Et noctes emere, & nuge indulgere palestra.  
Scimus, & in scriptis tua sancta redigimus acta.*

Iohan: Rausius.  
Raphael Volaterranus  
lib. 22. Anthrop. ubi in-  
ter cetera illuminevi-  
rum natum perdenda  
pecunia, appellat.

Iohan: Riuius.  
Baptista Fulgosus.

Valaterranus.

Baptista Mantuanus.

*Et vtinam hic solus talis fuisset, sed si vera putamus, que à nostris etiam Episcopis de Cardinalibus quibusdam referuntur, pro tunc melius esset,*

*Imperator Fridericus  
Epistola ad Adrianum  
vel potius Hadrianum  
quartum Papam.*

*Aluarius Pelagius de  
planctu Ecclesie, lib. 2.  
art. 16.*

*Dagेbristorkein  
Cardinal.*

*Hic rubra Byreta.*

*N.B. Optimus.  
Thren. 4.  
At ueritas odium pa-  
ris.*

*N.B.  
Verba Pauli sic habent:  
Quae enim in occulo fi-  
unt ab ipsis, turpe est &  
dicere. Ex quo datur  
intelligi, quid doctor ille  
de suis intendat dicere.  
Hic, Pistor, hic aperi os,  
hos recoque tuos, tuos  
inquam, reforma, & te-  
ipsum & membra tua  
eurecili infelix medice.*

effet, illas non singulari vestitu vti, ne agnoscerentur, & sic non possent obseruari in sua vita. Nam vt taceam de Imperatore Friderico 2. qui scriptit, quod videat Cardinales, non prædicatores, sed prædatores, non pacis corroboratores, sed pecunia raptiores, non orbis reparatores, sed auri insatiabiles corrasores. Cogitate domine gloriose, Aluarum nostrum plangentem & conque- rentem, quod Cardinales cum primo instituerentur, pauperculi fuerint, Romæ in suis titulis habitantes, & eorum qui erant Episcopi, Episcopatus in redditibus exiles & tenues, sicut & hodierna die apparet in eorum titulis Romæ. Aliqui vix unum equum habebant, aut communiter peditabant, sicut rurales Presbyteri. Vilem suppellestilem habebant, simpliciter & humiliiter in egestate vivebant ( sicut tunc & Romani Pontifices ) sed virtutibus abundabant, & nunc cum Pontificibus, nunc per se martyria subibant, & pro confessione fidei, damna & exilia, vincula & verbera & carceres sustinebant, miraculis coruscabant, Ecclesiam cum sanctis Romanis Pontificibus doctrina & sancta vita regebant, sed iam diu est, quod in quibusdam ex eis, sicut & in quibusdam Romanis Pontificibus, optimus color mutatus est. Creuit in eis potentia, dignitas, honor & diuinitas, sed decreuerunt virtutes, possessio aucta est, sed diminuta religio, creuerunt in exterioribus, sed minorati sunt in interioribus. Consueuerunt alijs esse odor bonus ( C H R I S T O ) vita ad vitam, nunc sunt, PRO VT COM MVNITE R, odor mortis in mortem, per perniciosum exemplum. Et, cum eorum venia, ad particularia vitia, quæ sunt notiora, descendō, præter ea quæ intrinseca sunt, & soli Deo patent, Ephes. 5. & frequenter paucis hominibus. Offendunt autem eorum aliqui in hoc, quod cum ad eos pertinet electio Romani Pontificis, antequam aliquem eligant, aliqui illorum priuata affectione corrupti, non publicam mundi, sed suam utilitatem quarentes, de certa aliqua persona vel eligen-

eligenda vel non eligenda, conuentiones, obligationes, promissiones, condic̄ta, intendimenta, pacta & iuramenta etiam faciunt. Item, nunc fauore Papæ, nunc timore eius, nunc spe aliquid consequendi non dant sibi vera & libera, sed propter prædicta, fraudulenta & periculosa, eis & mundo consilia, & dant illa contra conscientiam. Multi ex ipsis indignè, aut corruptè promoti sunt, aut timore regum, aut priuato amore Pontificum, sed qui per ostium non intravit, nisi renunciet, non est tutus. Habent hodiè redditus tam pingues, communiter v̄la millia florenorum, & insuper prouisiones magnas, & Encenia, quæ ad munere veniunt quantitatem.

Alias etiam obtinent dignitates, & beneficia pinguiora vbiq; terrarum, prætextu familiæ dilatandæ, & honorem C A R N A L E M Cardinalatus, in equis & domicellis, & lautis conuinijis manutenendi, quorum redditus plus quam communiter Cardinalatus, ascendunt. Nam inter eos multi redditus obtinent decem millium, quindecim etiam, & viginti, & triginta millium florenorum, deuorantes multorum stipendia ministrorum. Et qui ante Cardinalatum uno competenti, vel duobus potuit contentari, iam absorbet fluuum beneficiorum, & fiducium habet quod Iordanis influat in os eius, quia nunquam beneficiorum etiam cumulo satiantur. Et quod peius est, vix de hoc aliquis eorum conscientiam habet, quia sic est, Q Y A S I O M N I V M abusus sed non minus ardebunt, qui cum multis ardebunt. Dilatant quoq; patrimonia, de redditibus Ecclesiæ, castra, villas, & ciuitates suis consanguineis ementes, eos ditantes, & in mundo, eos, de Ecclesiæ redditu, exaltantes, & quicquid habent, et si habent de bonis Ecclesiæ, aut in pompis huius seculi & expensis delicatis, aut in consanguineis consumunt, pauperes tamen aliquot paucos paescunt. Et quia parcè seminant, parcè & metent: vt cesser mundi murmuratio, verè decimantes mentam & anethum, paucas aliquas escas, byrrus, vel vestes concisissas, aut laga

F paupe-

Fuit hic autor, Papa Io-  
han, 22, (quem alijs  
faciunt) paenitentarius,  
& postea Episcopus Sil-  
uenis. Qui Papa, con-  
tra Ludovicum Impera-  
torem, dictum Banariæ,  
adhaesit & contra Gui-  
lielmum Occam, Impe-  
ratoris Patronum, scri-  
psit, unde Romanista  
contrapsum excipere  
non possum.

N.B.  
Quis modo tutus erit?

Fuit hic autor quasi cor  
Papa, ideo experto crede  
Roperto. Vide, Trithe-  
mum, & Iohannem  
Theodosium Bellona-  
cum. Sextus Senensis  
eum praterijs, causam  
diuinare non est diffi-  
cile.

Hic sunt Cardines & co-  
lumna Ecclesia Roma-  
na, quid est oratur bas-  
tum.

N.B.  
Pistor reformatio.

Iacob. 40.

N.B.

Pistor oculatissime, vi-  
des ne hanctrabem?

2. quæst. 1. Mult.

pauperibus impendunt, thesauros autem auri & argenti & gemmarum, preciosas vestes, ingentia prædia, &c. vt dixi, castra & villas, de redditibus Ecclesiarum, consanguineis suis erogantes, & sic Ecclesiæ defraudantes, quamvis nec sufficit de malè quæsitis pauperibus erogare. Item recipiunt nedum prædicta communiter, scilicet comedibilia & potabilia, sed aurum, & argentum, & gemmas, iocalia preciosa, equos & pannos, & quæque alia permanentia, quæ ad magnorum perueniunt munerum quantitatem, & quæ in anno frequenter ascendunt ad valorem millium florenorum, quorum preciosorum intuitu munerum, impetrant illi pro offerentibus beneficia, nam & hoc respectu offerunt offerentes, contractu innominato tacite videntes, do vt des, facio vt facias, & sic saltem per dationem & receptionem talium munerum, hoc respectu, mentalis committitur Simonia. Et aliqui illorum à nullo munere excutiunt manus suas, non curantes de beatitudine: Beatus, qui excutit manus suas ab omni munere. Sed Hiob verbum dominicum loquitur: Ignis deuorabit tabernacula eorum, quilibenter munera accipiunt. Beneficia, quæ ipsi impetrant à Papa, communiter pro indignis, aut ad preces regum & principum, aut pro seruitoribus, prout frequenter, aut pro suis consanguineis impetrant, vix vñquam alicui clero benemerito, impetrant vnum pauperissimum beneficium, amore Dei, quem etiam parum habent præ oculis, semper cæcum aut, claudum aut languidum offerentes. Offendunt alios in pomposis vestibus familia magna, equis Hispanis, & cuncta sua supellestili preciosa: vbiq; enim in mundo preziosa sunt, ad manus eorum perueniunt, & in gloria huius mundi viuunt, qui eorum habebunt aliam (æternam intelligit) gloriam, Deus nouit. Caveant igitur, ne sint dracones, stantes iuxta arcam Domini, & ne sint nubes sine aqua deuotionis lachrymarum, turbinibus dæmonum agitatæ.

*Contractus innomina-*  
*tus.*

*Esa. 33.*

*Hiob. 15.*

*N.B.*

*Attendo Pistor, decur-*  
*tator demensi sacerdo-*  
*tum & plebanorum in-*  
*felicium.*

*N.B.*

*37. dist. legant.*

*Ex pumice scilicet.*

agitatae. Non capiantur superbia, quæ est mater omnium vitiorum, & initium omnis peccati, odibilis coram Deo & hominibus. Superbiæ nunquam in tuo sensu aut in verbo tuo dominari permittas. In ipsa enim initium sumvit omnis perditio, & est proprium vitium Diaboli. Non vana gloria, quæ omnem virtutem euacuat. Non amore pecuniae, quæ tanquam venenum fugienda, quia est materia cunctorum criminum. Non amore parentum, ne eos in vita corrodant, tanquam muscae morientes, quæ perdunt suavitatem vnguenti, scilicet deuotionis, & eos post mortem despiciant, dicentes; Beneficit mihi, sed melius facere potuit.

*Attende Pistor, qui te  
coquendus in Cardi-  
nalem.*

*Ecclesiastic. 10.  
Tobias 4.*

*Qui autem vacans est,  
euacuari non debet.  
Medicus seit unam  
emendam venem.*

*Et alius quidam ait:* Cardinales extenti sunt & effusi ad omnem superbiam, cupiditatem & delectamentum, ut formidandum sit, finem iam adesse, de quo Propheta ait: Venit finis super populum meum Israël, non adjiciam ultra, ut pertranseam eum. Et, stridebunt cardines templi in die illa, quasi dicat, cardines Ecclesie Romanæ sunt rubiginosi, ideo subdit: Vidi Dominum stantem super altare, & dixit, percutere cardinem, & commoueantur superluminaria, auaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum in gladio interficiam.

*Episcopus Clementis, lib.  
Onus Ecclesie dictus,  
an. 31. Colonia excusus.*

Quidnam expedit tantam tempore nuper elapso esse ele-  
ctam multitudinem Cardinalium, qui omnem substantiam, qua reliquus Clerus Ecclesiasticus sustentari deberet, deuo-  
rant, & ita census Ecclesiasticus ad cardines cœli dissipatur. Modò verificatur Hieronymi sententia: Quod singu-  
li superiores, per potentiam suam vendicant totum, quod inferiorum Clericorum est, ac in suos vsus redigunt. Men-  
dicat infelix Clericus, operi seruili mancipatus, quidam sti-  
pendia perdit, clamat ad dominum, nec differetur diuinæ  
vltionis sententia, si Cardinales bona Cleri pauperis defrau-  
dantes, non reddant vniuersa.

*Diss. 9. Diaconi.*

*Gerson de statu Eccles.*

*Thomas Aquodlib. 9.  
art. 15.*

N.B.

*Ego non dixi.*

*Antonin. par. 9. rit. 24.*

*Augustinus.*

*Robertus Bellarminus,  
Tom. 1. de Sanct. Beat.  
lib. 1. cap. 9.  
Thomas Waldensis lib.  
de Sacramentib;  
11. 14. cap. 122.*

Quid vtilitatis Ecclesiæ confert, tam magnifica principum gloria? tam superflua Cardinalium pompa? Exclamat Gerson. Quæ vtiq; abominatio, quòd vnum ducenta, alter trecenta beneficia Ecclesiastica occupat? Inde cultus diuinus diminuitur, Ecclesiæ dilabuntur, & bonis doctisq; viris priuantur, monasteria & hospitalia depauperantur, Christi fidelibus mala exempla præbentur: ob talem enim causam, tum Romæ, tum alibi, multa loca quondam religiosa, hodiè iacent deserta. Et quod miserabilius est, in monasterijs ac beneficijs, per Cardinales ac aulicos (Papæ) occupatis, nil Deo seruitur, nec populo proficitur, omnis illic diuinus cultus labitur, indigentiumq; profectus, adeò ut eorundem locorum professio miserè exulantibus, administratio rerum Ecclesiasticarum committitur laicis, quibus prorsus nulla cura est, quomodo ibi viuatur, vel qualis disciplina aut regula obseruetur, vel quomodo diuinum officium persoluatur, dummodo suo domino commendatori, vel potius comeстori pensio pinguis cedat. *Sic illi.*

Sed quia illa fortè sunt vobis, domine profunde, multum odiosa, idè ad Bonaventuram reuertor, qui etiam post mortem clarus, propter miracula, qua fecit plurima. à S. D.N. Papa Sixto 4. in Sanctorum nostrorum ordinem referri meruit. Et bene, si vñquam aliquis dignus in eum ordinem promotus, nam per omnem vitam tam pius & sanctus fuisse legitur, vt Alexander de Ales, qui sibi præceptor fuit, de eo dixerit: In solo fratre Bonaventura videtur Adam non peccasse, meritò igitur Sanctus habetur.

Rident quidem Nouatores illi, nostros Pontifices, propter sublimationem talium sanctorum, quia Papa benè possit errare in huiusmodi, & quendam Patrem scripsisse: Multorum corpora honorari in terris, quorum animæ torquentur in gehenna, quod tamen non videtur verum. Nam quòd Papa non possit errare, hoc sic patet, secundum doctores nostros. Antequam sanctus aliquis sic sublimatur, sunt præparatoria, indicuntur ieunia, preces publicæ: non est autem credibile, Deum non adesse Ecclesiæ suæ, præfertim sic dispositæ. Deinde præcedentia multa miracula, quæ facta sunt à sanctis talibus, faciunt rem euidenter

evidenter credibilem, quod non erret Pontifex, cum Deus illud ipsi per miracula testetur. Præterea, si Papæ possent errare, tunc esset dubitandum de sanctis, an recte essent canonizati, & sic dubitandum etiam, an essent colendi, quod est absurdum. Item, tenemur Pontifici obedire, ut in alijs, sic etiam indicent diem festum solennem alicuius sancti, posset ergo fieri, quod festa celebrarent, de sancto apud se adhuc dubio, & sic obediendo Papæ, facerent contra conscientiam, quod inconuenit. Similiter, si Papa in hoc posset errare, tum etiam posset fieri, quod etiam Ecclesia erraret, & defraudarentur viui intercessione sanctorum, quia sèpè inuocarent pro beatis, qui essent damnati, quod non debet dici. Fieret etiam per errorem tales iniuria sanctis. Cum enim pro sanctis orandum non sit, sed potius ipsi orandi (ut quidam magnus doctor Ecclesiae scribit: Injuriam facere martyri, qui oret pro martyre) priuaretur talis orationibus viuorum, qui pro ipso, quem sanctum crederant, non orarent, qui tamensanctus non esset.

Imò est vnum aliud: Ecclesia orat Deum, ut sic largiatur nobis gratiam in terris, sicut illos glorificauit in cœli: iam si illorum aliquis non esset verè sanctus, sed fortè in inferno, tum Ecclesia peteret sibi maledictionem pro benedictione. Et licet illam peteret, tantum materialiter, tamen nec hoc dicendum videtur.

*Hoc bene verum est, quod hodiè non amplius licet de sanctis, quod olim licuit, quod scilicet in aliqua prouincia particulari, Episcopo cui libet licuit sanctum canonizare, et si in alijs prouincijs esset omnino ignotus sicut ex Concilio Florentino patet, apud Græcos Simeonem Metaphrastem pro sancto coli, cuius tamen apud Latinos nulla inquam memoria extitit, sed illud est nunc abrogatum per Alexandrum tertium, & Innocent. 3. Pontifices successivos: qui videntes abusus circa sanctorum cultum, decreuerunt, ne post hac quis pro sancto coli inciperet, sine Romanis Pontificis approbatione. Nam tempore Alexandri tertij accidit, quod quidam hominem in ebrietate occisum, pro*

*August. de Anconia in  
Sum: de potestate Eccl.  
quest. 14. art. 4.*

*Antoninus pat. 3. Sum.  
tit. 12. cap. 8.*

*Sylvestr de Priorio in  
Sylvestrina, verbo: ca-  
nizatio.*

*Canus lib. 5. de locis  
com. cap. penult.*

*Thomas de Aquino,  
quodlibeto 9. quest. ult.  
art. ult.*

*Augustinus.*

*Concil. Florentinum  
sess. 7.*

*Fuit homo penè vanus,  
imò, vehementer vanus.*

*Sic Senatus Romanus  
noluit Christum in  
Dearum nume-  
rum referre, quod Ti-  
berius sine ipsorum con-  
sensu iam diuinos hono-  
res ei decreuisset.*

*Cap. 1. lxx. de reliquiis &  
martyre veneratione sanctorum.*

*Cap. Audiuitur: Extra de reliquijs & venerazione sanctorum.  
Sulpitius.*

martyre venerarentur: Et tempore S. Martini colebatur quidam Sanctus, cuius anima postmodo S. Martino apparuit, & confessa est, se esse animam damnatam latronis cuiusdam, qui pro suis sceleribus peñam extremi supplicij luerat. *Inquit dicam benè aliud, quod si Nouatores illi scrirent, Diabolus nos cum illis permerderet.* Doctor enim Consolatorius et si ipsam historiam non ponit, nam nec ponere debuit, tamen hoc dicere intendit, non solum homines damnatos, sed etiam canem mortuum Viennæ adoratum, sic enim scribit: Hinc etiam adoratio damnatorum, in populis, testis est mihi legenda. Immò de adoratione canis mortui visum est in Vienna. Caueat igitur sancta sedes Romana, caueat in ea sedens Papa, quibus argumentis & causis, & medijs canonizatio alicuius sancti sit facienda. Hinc fortè venit, quod Papa in sublimatione talis sancti, antequam pronunciet, protestari consuetuit in hanc formam, quod inuenimus seruatum à multis Pontificibus. Sunt tamen aliqui clarissimi viri, qui dicunt hoc introductum ex quadam alia causa, quæ nunc cessat, quia Papa tunc quodammodo cogebatur ad canonizandum quendam contra suam opinionem, & propterea protestabatur, nunc autem non videri congruam illam protestationem. Sed de hoc statuat summus Pontifex, & facer senatus.

### *Forma protestationis.*

**A**NTEQUEAM ad pronunciationem veniamus, protestamur publicè, apud vos præsentes, quod per hunc actum canonizationis, non intendimus aliquid facere, quod sit contra fidem aut Ecclesiam Catholicam, sive honorem Dei. Deinde, alta voce, sedens tamen cum mitra, pronunciat in hunc modum: Ad honorem sanctæ & individuæ Trinitatis, & exaltationem fidei Catholicæ, ac Christianæ Religionis augmentum, auctoritate eiusdem Dei omni-

*Gerson Tractatus 8.  
super Magnificat.*

*Ceremoniale lib. 1. sect. 6. impressum Coloniae,  
Anno 72.*

omnipotentis, Patris & Filij & Spiritus sancti, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & nostra, defratrum nostrorum confilio decernimus & definimus, bona memoria. N. sanctum esse, & Sanctorum Catalogo ascribendum, ipsumque Catalogo huiusmodi adscribimus: statuentes, ut ab vniuersali Ecclesia anno quolibet in die tali festum ipsius, & officium, sicut pro uno Confessore (si sit Confessor) vel Martyre (si sit Martyr) deuotè & solenniter celebretur. Et si Domino Papæ placuerit, poterit addere ista verba: Insuper eadem auctoritate omnibus verè pœnitentibus & confelsis, qui annis singulis ad sepulturam eiusdem, in die tali, deuoti accesserint, unum annum & 40. dies: accendentibus vero annis singulis in octauo dicti festi, ad sepulturam, quadraginta, de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer relaxamus. Iam vero, sicut Papa nunquam errasse deprehensisunt, ita nec errare posse credi meritò debet.

*Si itaq., vt habitum est, Cardinaüs, & Sanctus sublimatus est,  
Bonauenatura noster quomodo erraret, cum, vt doctores nostri inten-  
dunt, de ipsis dictum sit: Domini sunt cardines terræ? Et: Po-  
suit super eos orbem. Si igitur orbis super ipsis fundatus, quid ni-  
& hec opinio in tali fundari posset? A Cardo dicuntur Cardina-  
les, vt scitis, domine gloriose, Cardo autem à cardinā, id est, cor,  
quia sicut ostium vertitur in cardine claudendo & aperien-  
do illud, & cor mouet ac regit hominem, sic quatuor virtu-  
tes, quæ ideò dicuntur Cardinales, vertunt corda Cardi-  
nalium, vt claudantur vitijs, & aperiantur virtutibus. Pro-  
inde non probabiliter dicetur eos errare. Præsertim vero cum à tam pijs  
& bene notis Pontificibus in Cardinalium & Sanctorum numerum  
relatus sit.*

*Nam Gregorius X. vt scitis, domine venerabilissime, et si esset tantum  
Archidiaconus Laudensis, vel, vt alij, Leodiensis, tamen propter sanctita-  
tem, & quia erat multum sciens, Papa electus est contra omnem cu-  
rie (Romanæ) consuetudinem, vt Stella noster habet, quamvis Sectarij,  
ex inuidia & emulacione Cardinalium, Pontificem factum dicant, quod  
alter alteri inuidet, & quilibet ipse maluisset Papam fieri, & sic totum  
bienni-*

*Antonin. part. 3. Sum-  
mari. 1. cap. 1.*

*Catholicon. lit. C.*

*Valde eruditè.  
Antonin. vbi suprà.  
Aluarius Pelagius de  
planitu Ecclesie.*

*Ohe: Domine, apud se-  
culum prius, hodie ordo  
hic est innuersus.*

*Platina.  
Iohan. Stella Venetus.*

*Hic Papa Romanum nun-  
quam venisse dicatur.*

*Anton. part. 3. Sum. H.  
tit. 20. cap. 1. par. II.*

biennium electio dilata legitur. Vnde quidam doctor noster scripsit, electores in sensu sui pertinacia, quæ sua fuerint, quæsiuf-  
fe, non quæ Iesu Christi. De quo citant illi versus Stellæ nostri.

Papatus munus tulit Archidiaconus vnuſ.  
Hunc patrem Patrum fecit discordia fratrum.

Adeo etiam iustitiae obseruans, ut mœnia Florentino-  
rum transiens urbem noluerit ingredi, quod offensus ab illa  
fuisset. Et citius mori voluit, quam illam, interdicto iam fe-  
rè triennali, etiam rogatus, soluere, sicut & post paucos di-  
es in eo itinere Aretij mortuus: & quod benè de eo notan-  
dum, vt vir sanctus, adoratus est. Prudentia quoq; & zelus  
eius pro Rom. Ecclesia, hinc argui potest, quod conuoca-  
to Concilio Lugdunum Galliæ, inter cætera, vt sic Eccle-  
siæ prouideret, & hoc statuit: Mortuo aliquo Papa Cardi-  
nales præsentes exspectare debent absentes, per decem dies.  
Exinde intrare conclave simul, debet autem locus vndiq;  
esse clausus, vt nullus ad eos possit accedere, nec literas mit-  
tere, nec loqui, & uno tantum socio, vel ad plus, ratione  
necessitatis, duobus, quilibet eorum debet esse contentus.  
His, victus ministratur per fenestram aliquam per fideles,  
qui ad hoc deputantur. Et pertres primos dies, omnia ge-  
nera ciborum, pro vt volunt, possunt illis ministrari. Post-  
modum autem per alios quinq; dies sequentes, si infra illud  
triduum non celebrent electionem validam, ministratur eis  
cibus & potus tantum cum uno ferculo, in prandio & in  
cenca, post illos autem quinq;, nondum facta electione Ca-  
nonica & valida, tantum panis & vinum, & aqua, debent ad-  
ministrari eis, & nihil aliud, quo usq; prouiderint Ecclesiæ  
de pastore. Prohibentur etiam ibi omnes promissiones, &  
irritantur, tanquam non factæ super aliquo eligendo. Et ta-  
lis quidem fuit ille Gregorius.

Magis autem Sextus 4, quem tamen sanctum fuisse, heretici Lu-  
therani negant, sed falsò, alias, quomodo alteri dare potuisset, quod ipse  
non ha-

*Volaterranus lib. 22.  
Antroph. sicut scripta  
est: Ne occidat filius per  
iram vestram.*

*Stella.  
Platina.  
Volater. ubi suprà.*

*Anton. part. 3. Sum. H.  
tit. 20. cap. 2.  
Extra: de elect. ubi pe-  
tientium.*

*Res ardua.*

*In electione Ioh 22, tor-  
tum biennium discepta-  
runt Cardinales, queri-  
tur, quid interea com-  
ederint. Pistor?  
Hoc esset unum ma-  
gnum.*

non haberet: Et hoc esset contra Philosophum, dicentem, causam non quam deteriorem esse effectu: cum itaq; sanctos ipse faciat, sequitur, quod ipse magis sanctus sit, sicut dicitur: Propter quod vnumquodq; tale, illud magis tale.

Fuit certè Papa magnanimus, qui ausus est Laurentium Mediceum Florentinum excommunicare, quod Raphaelem Nepotem suum (Pape) patibulo suspendisset, quoniam cum alijs quibusdam Laurentij fratre occiderat.

Fuit etiam admodum liberalis, ita quod non raro eadem pluribus Volaterranus lib. 20. promitteret aut concederet, prasertim autem erga consanguineos, quos Anthrop. ita amauit, ut teste Stella nostro, diuina & humana, etiam prater Dei Stella Venetus in Sime & Romana Ecclesia dignitatem & honestatem, tribueret. Sanctitatis <sup>to 4.</sup> Iohan. Stella in Sexto, autem opera sunt plurima. Instituit multa Festa: Conceptionis & Pra- Iohan. Stella in Sexto, sentationis Mariae, S. matris eius Annae, Iosephi quoq; sanctissimi eius sponsi: prasertim autem S. Francisci Seraphici. Et vt multum thesau- rizaret Ecclesia Romana, ne vnam pecunia deesset, annum Jubileum Volaterranus ubi supra. ad 25. annum contraxit: Roma nobile lupanar extruxit, & vtrig Veneri assignauit, ut, etiam hoc modo quæstum Ecclesia faceret, sicut Et Stella ubi supra. Iohan. Baleus Anglus. Agrippa in declama- tione ad Louanienses. Catalogus testimoni ve- ritatis. Vuesfels Groningenfi, lux mundi dictus, in tractatu de Indugen- tis Papalibus.

ad 25. annum contraxit: Roma nobile lupanar extruxit, & vtrig Veneri assignauit, ut, etiam hoc modo quæstum Ecclesia faceret, sicut Et Stella ubi supra. Iohan. Baleus Anglus. Agrippa in declama- tione ad Louanienses. Catalogus testimoni ve- ritatis. Vuesfels Groningenfi, lux mundi dictus, in tractatu de Indugen- tis Papalibus.

Vespasianus Imperator ex lotio. Et opes accumularet, vel suo vel Ecclesie arario, meretricibus & scortis annum censum imposuit, Iulium nummum hodiè appellant. Quibusdam rogantibus, ut sibi liceret mensibus calidioribus, Iunio, Iulio & Augusto, mascula Venere vii, concessit, di- cens, fiat ut petitur: adeo bonus & facilis fuit erga omnes, suos & alios.

Doctos viros & deuotos quām coluerit, sic patet. Instituerat A L A N V S, de rupe dictus, Monachus Dominicanus, fateriitatem quandam, & ex Psalterio Rosarium Mariae consecrit, que hic noster mox suis Bullis & Indulgencys confirmauit. Super quo negocio liber est editius, in cuius prin- cipio habetur: Beatam virginem Mariam, aliquando in cellulam Alani ingressam, concinnasse eiex suis capillis annulum, & Monachum illum simul sibi desponsasse. & osculatam quoq; esse, dedisse etiam concrect an- das ac lactandas papillas, atq; adeo familiarem ipsi factam, ut sponsa Pistor: si Lutherustale quid scripsisset, qui ex- clamaret?

non sanctitatis sua Zelum admiraretur?

Vnde etiam post mortem condemnari (commendari inquam) me- ruit, sicut Epitaphia eius testantur.

## M V S E X E N T E R A T V S.

Mortuus est Sixtus, gaudet nunc Roma, trahatur,  
 Ut dignum est, vno, mortuus, in Tyberim.  
 Non potuit saeum vis vlla extingueri Sixtum,  
 Auditio tandem nomine pacis, obit.

## I T E M.

Dic, vnde, Alecto, pax ista refusur? & vnde,  
 Tam subito reticent pralia? Sixtus obit.

## S I M I L I T E R.

Sixtus obit: gaudent omnes. Ne funere sicco,  
 Transeat, amissa plangite glandes sues.

## S I C.

Exultit auratas, sed postquam maxima glandes  
 Ecclesia, innumeris patefacta est ianua porcis.

## A L I V D.

Proditor insignis, praedofucosus, adulter,  
 Exitiumq; vrbi, perniciesq; Dei.  
 Gaudet Sexte Nero, vincit te crimen Sixtus,  
 Hoc scelus omne simul clauditur, & vitium.

## E T A L I V S.

Sixte iacest tandem, fidei contemtor & equi.  
 Pacis ut hostis eras, pace peremptus obis.  
 Sixte iacest tandem, latatur Roma, tuo que  
 Passa sub imperio est, funera, bella, famem.  
 Sixte iacest tandem, nostri discordia secli,  
 Saevisti in superos, nunc Acheronta moue.  
 Sixte iacest tandem, fraudis doliq; minister,  
 Et sola tandem proditione potens.  
 Sixte iacest tandem, tibi nil nisi fata tulere  
 Pontificis nomen, cetera Hieronymo.  
 Sixte iacest tandem, pressa est quo sospite virtus,  
 Leges, sacra, pium, religioq; sudes.  
 Sixte iacest tandem, deflent tua busta Cynadi,  
 Scortaq; lenones, alea, vina, Venus.

Hieronymum Ruerium,  
 Papa consanguineum,  
 intelligit.

Sixte ia-

MVS EXENTERATV'S.

Sixte iaces tandem, summorum infamia, sexū  
 Pontificum, tandem perfide Sixte iaces.  
 Sixte iaces tandem, vos hunc lacerate Quirites,  
 Dentur & impasti membra cœlestia feris.  
 Quid (pia) profuerint functo solennia Sexto,  
 Tradita sunt celeri vota precesq; Noto.  
 Riserat ut viuens cœlestia numina Sextus:  
 Sic moriens, nullos creditit esse Deos.  
 Sixte iaces tandem, superis inuisus & imis,  
 Inclusus grauido ventre necandus eras.  
 Stupra, famem, strages, usurias, furta, rapinas,  
 Et quodcumq; nefas, te duce, Roma tulit.  
 Magna licet tarda soluenda est gratia mortis,  
 Omne scelus tecum, Sixte cruenta, iacet.

Omitto verò glossatorem: nam glossa non videtur satis esse canonicata, & sic nescitur, vbi tenenda, vel non tenenda, & glossator etiam seipsum diuidit, sicut tactum est, in duos.

ANGELVM DE CLAVASIO, Domine gloriose cogitate, de quo dicunt, quod propter diuinum ingenium, meritò re & nomine Angelus dicitur, vtpote qui plures sedis Apostolicæ arduas & periclitantes causas atq; casus, ingenij sui subtilissimo apice ad optatū finem deduxit. Iste liber (*vt aiunt*) Trithemius de viri illustribus. est fidissima clavis, qua veri aperiuntur intellectus, daturq; latè plura inueniendi copia, vt quasi Repertorium decisum videatur. Venite ergo vos pariter confessores atq; discipuli, iam diu sarcina librorum prægrauati, & glossis varijs defessi, pondus illud ejcite, hoc solo libro depascamini, hic totum versetur ingenium, omnis solicitude & doctrina. Si boni angelici eritis, eritis & optimi confessores, hic enim habentur contractus plenissimè, usuræ lucidissimè, Interrogatorium enucleatum, Matrimonia honestate simul ac veritate prædicta, Restitutiones amplissimè, censuræ præfectissimè. Quid plura? quid desit, non video, nisi quod forsitan ex paucitate descriptorum paucis innotescat.

G 2

D 5

DE RAYMUNDO quid dicam, Domine charitatiue? An non hic ipse est, cuius solius opera S. D. N. Papa Gregorius IX. in compilatione Decretalium vñus esse scribitur, qui sunt (ut doctores nostri dicunt) ad similitudinem quinq; sensuum corporis. Debet igitur stare illius autoritas, ne cadant Decretales, vbi tam multum interest Ecclesia Catholice Romane.

Dicunt Doctores nostri, quod Raymundus idem est, quod mundi radius, si igitur hic errat, radius mundi cecitatis accusabitur, quod valde inconuenit. Habuit aliquando vñus quidam Doctor quandam visionem apte huic rei conuenientem, qui cum resumeret lectionem, quam de manè erat inscholis lecturus, aliquantulum dormitans vedit in somnis septem Stellas sibi presentari, que totum orbem illuminabant. Expergescitus, cum hora iam legendi aduenisset, ecce septem fratres cum B. Dominico ingrediuntur. Hos B. Dominicus ducebat ad audiendum, ut plenius instrucci veraciū doceret. Intellexit Doctor ille, fratres illos per Stellas eo numero & opere designari, plurimo eos veneratus est affectu. Sed plenius possumus per septem Stellas, septem Doctores notabiles, B. Dominici filios intelligere. Primus est Thomas de Aquino, summus Doctor in Theologia, cuius (solius) doctrina sufficiens esset ad plenam instructionem Ecclesia contra omnes errores. Secunda Stella est B. Petrus, martyr & inquisitor hereticorum. Tertia Stella est Albertus Magnus, in Philosophia summus. Quarta Hugo, primus Cardinalis ordinis, qui postillauit totam Biblam. Quinta Petrus de Tarentaso, dictus Papa Innocentius V. qui scriptis super sententias & Epistolas Pauli. Sexta, Nicolaus Magister ordinis, Cardinalis, & postea Papa Benedictus XI. pro sua scientia & bonitate creatus. Septima Raymundus, compilator Decretalium, vel S. Vincentius, predicator Apostolicus. Cum itaq; miraculo prædictum sit, quod quasi Stella illuminabit totum orbem, quis eius opinioni contraueniret? In primis ipsius Epilogum metuo, quo scribit: Si seruas ea, quæ ego Raymundus consulo & persuadeo, & spernis quæ inhibeo, tunc mereris videre Dominum nostrum Iesum Christum, in sua maiestate, qui cum sua matre virgine Maria, & singulis superiorum ciuibus, est benedictus in seculorum secula. Si itaq; eius opinioni contraveniam, iam non video Dominum, nec matrem eius, quod est durum valde.

*Cur non potius quinq;  
librorum Moysii?*

*Anton. par. 3. His.  
Tit. 23. cap. 3. par. 3.*

DE

DE PELBARTO de Tomesuar, sive Osualdo de Lasko, nunc  
nihil dicam, sed tantum de sanctissimo D.N. Innocentio 3. Pontifice,  
Pontifice adeò fortis, & animosus, ut de Philippo Suevo, quem sine eius con-  
sensu Electores Imperatorem fecerant, dixerit: Aut Pontifex Phi-  
lippo diadema & regnum, aut Philippus Pontifici Aposto- *Von digna Apostolico.*  
licum Insigne adimat. Et non solum Iohannem Anglia regem, verum  
etiam Imperatorem Othonem, Philippi Suevi Successorem, quem paulo  
ante ipse in Imperio confirmauerat, excommunicauit, sub interdicto po-  
nens regna ipsorum, & illos hostes Ecclesie iudicans. Adeò etiam libe-  
ralis fuit, ut ablatum Regi Anglia regnum, Ludouico, Francorum re-  
gis filio, liberalissime concesserit atq; dono dederit, sicut sanctissimi no- *Baptist stift das*  
*Leder vnd gibt*  
*stri Pontifices, nuper Anglia & Francia regna Philippo Hispano. Late-* *dann die Schuch*  
*ranense concilium celebravit, & ibi auricularem confessionem intro-* *vñ Gotts willen.*  
*duxit: Laicis calicem in Eucharistia prohibuit: Ioachimum Abbatem* *Volaterranus lib. 22.*  
*& Almericum condemnauit, atq; huius ossa exhumari atq; comburi* *Anthropol.*  
Parisii iusfit: Canonis Missalis verba, verbis Euangeli equalia haberi *Antonin. 3. par. Sum. H.*  
voluit: sacram præterea Eucharistiam, in templis asseruari, & adorari *Tit. 19. cap. 1.*  
mandauit: si ad infirmum portaretur, tintinnabulum cum lumine pre- *Vide etiam decretales*  
cedere statuit: sacerdotibus uxores interdixit, vnde hoc Elogio etiam *huius Innocentij.*  
post mortem exornatus legitur:

Prisciani regula penitus cassatur,  
Sacerdos per (hic & hac) olim declinatur,  
Sed per (hic) solummodo nunc articulatur,  
Cum per nostrum Präfulem (hac) mouetur.

Ita quidam presbyter cepit allegare:  
Peccat criminaliter qui vult separare,  
Quod Deus coniunxerat, fœminam amare,  
Tales dignum duximus fures appellare.

O' quam dolor anxius, quam tormentum graue  
Nobis est dimittere, quoniam suare.  
O Romane Pontifex statuisti prae,  
Ne in tanto crimine moriare, caue.

Hi rhythmi Anno  
Christi 1216, hoc est, an-  
no sequenti prohibitione  
coniugii sacerdotum, à  
quodam Nobili confessi,  
& Oxoni reperti, per  
Iohannem Pullanum  
prodierunt.

¶ Pistor, Pistor, tene.

Qui in carne sunt, Deo  
placere non possunt.

Non est Innocentius, inò nocens verè;  
Qui quod factò docuit, verbo vult delere.  
Et quod olim iuuēia voluit habere,  
Modò vetus Pontifex studet prohibere.

Gignere nos, præcipit vetus Testamentum:  
Nonum quod prohibeat, nusquam est inuentum.  
Præsul qui contrarium docet documentum,  
Nullum necessarium habet argumentum.

Dedit enim Dominus maledictionem  
Viro, qui non fecerit generationem.  
Ergo tibi consulo per hanc rationem,  
Gignere, ut habeas benedictionem.

Nonnè militibus milites procedunt,  
Et reges de regibus, qui sibi succedunt.  
Per locum à simili, omnes iura lèdunt,  
Clericos, qui gignere crimen esse credunt.

Nobis adhuc præcipit vetus Testamentum,  
Quod nostræ nunc legè est verax fundamentum,  
Ut mares & fœminæ sciant instrumentum  
Tale, per quod habeant prolis incrementum.

Zacharias habuit prolem & vxorem,  
Per virum, quem genuit adeptus honorem.  
Baptizavit etenim mundi Saluatorem,  
Pereat, qui teneat nouum hunc errorem.

Paulus cœlos rapitur ad superiores,  
Vbi multas dideci res secretiores:  
Ad nos tandem rediens, instruensq; mores.  
Suas, inquit, habeant quilibet vxores.

Propter hac & alia dogmata doctorum,  
Reor esse melius & magis decorum,  
Quisq; suam habeat, & non proximorum,  
Ne incurrat odium vel iram eorum.

Cosserus Iesuita in En-  
ebirid. scripsit: Sacer-  
dos, si matrimoniu contrahat, gravius peccat,  
quam si fornicetur, aut  
domi forturn (concu-  
binam ipse vocat) fone-  
at, sicut & de Pighio,  
Campogio, & alijs suo  
tempore plura ostendam,

Cautè.

Proximorum fœminas, filias, & neptes  
Violare nefas est, quare nil deceptes.

Verè

Nota. Nota.

Verè tuam habeas, & in hac delectes,  
Diem ut sic ultimum tutius exspectes.

Ecce iam pro Clericis multum allegavi,  
Nec non pro presbyteris plura comprobaui:  
Pater noster nunc pro me, quoniam peccavi:  
Dicat quisq; presbyter cum sua suavis.

Cùm itaq; hic tam sanctus Pontifex fuerit, quomodo ab eius sententia discedam? præsertim, cùm Papæ sententia omnium Patrum scriptis præferenda, Concilijs ipsis, licet in Spiritu sancto congregatis, longè anteponenda, cuius solius sententiaz, et si totus mundus aduersetur, aut contraria sententiet, standum, cui qui non obtemperat, morte maestandus, cuius maior, quam Apostoli cuiuscunq; & autoritas & potestas, ut qui possit Epistolis Pauli derogare, & contra illas, quæ velit, statuere, cuius anima in manica eius, Deus terrenus, cui omnia licent, cui nemo par, qui angelos indicat, cuius omnia decreta, etiam Deus ipse rata habet, vnde meritò omnes, quod ipse approbat vel improbat, approbare vel reprobare debent, ne os illud mentiri dicamus, vnde veritas oriri debuit.

Vide Recusation-  
schrift.

Ne quid nimis.

Papa est omnia, ergo  
reliquis ordo clericali  
est nihil.

## DOCTORES ALTERIVS PARTIS,

QVI DIC VNT, MVRLEM COMEDE-  
RE corpus Christi.



AM IN CONTRARIUM, QVANTAE  
quog; sunt autoritatis doctores.

Sixtus Sevenst, Tré-  
shemius, & alij.

EST ex illis ALEXANDER DE ALES, qui primus omnium commentarios super Magistrum scripsit, & quia primum quodq; verissimum, etiam ipsius opinio vera erit. Postillauit supervetus & nouum Testamentum, vbi quod magnum est, nusquam deuiauit. Cùm aliquando ad dimittendū habitū, & vt ad seculum rediret, temptaretur, vedit in somnis B. Franciscum (fuit enim Franciscanus) crucem de ligno ponderosissimam in humeris, in quendam montem portantem.

Antoninus par. 3. Sum.  
H. Tit. 24. cap. 8. §. 7.

*Cucula est crux de  
panno.*

*Modus proficiendi in  
Theologia Pontificia.*

*Sixtus Senensis lib. 4.  
Bibliotheca sancte.  
Trithemius in Thoma.  
Antoninus part. 3. His.  
Tit. 23. cap. 7. §. 1.*

*Satan irritat Christum.*

*Vrit mature.*

*Antoninus 3. part. H.  
Tit. 23. cap. 7. §. 4.*

tem. Cumque ei compatiens, ad portandum iuuare vellet, Franciscus ipsum indignanter repulit, dicens: vade miser, tu non vales portare vnam crucem leuem, tantum de panno, & portabis vnam ponderosam de ligno? & sic ille ad perseuerantiam roboratus est. Dicitus est, communibus omnium votis, FONS VITÆ, & Doctor irrefragabilis. Quomodo igitur illius opinioni ego refragabor? aut quomodo fontem vita deseram, & sic in eternum sitiām, nisi quis dicat, quod ipsi fontes sitierint? S. Thomas interrogatus aliquando à quodam discipulo, quis esset modus proficiendi in Theologia, dixit, quod est exercere se in aliquo doctore perito & experto. Discipulo ulterius querente, ubi, aut quis esset talis? respondit ille, ALEXANDER de ALES. Dicitus est Monarcha Theologorum. Quod si Monarcha errat, quid de reliquis dynastis, & principibus nostrorum Theologorum iudicandum erit?

Alexandrum sequitur THOMAS. Dixi boni, vir quantus, quantus doctor, qui, quod omnem humanum captum transcendit, Doctor Angelicus dictus est: unde videtur minus errare posse, quam angeli boni peccare, qui tamen in bono confirmati sunt. Qui, in hoc, ipsi Christo nihil dissimilis, quod prædictum de eo, quis & qualis futurus fuerit, matre eius esset: Ecce paries filium, & vocabis nomen eius, Thomas, hic erit magnus coram Deo & hominibus, intrabit ordinem Prædicatorum, & doctrina sua illuminabit mundum.

Habet ANTONIVS ridiculam fabulam de chartula, quam infans sic manu conclusit, ut vix eripi posset, cum videret mater, quid in ea esset scriptum, inuenit, Ave Maria. Bos cognominatus fuit à suis condiscipulis, quia semper taceret & audiret docentes, unde vox de cœlo audita est, hunc bouem suo mugitu orbem terrarum repleturum. Sicut etiam apparuit ei aliquando unus quidam in habitu Prædica-

Prædicatorum canicie venerandus, qui B. Dominicus (fuit enim Dominicanus) potest existimari fuisse: qui confortauit ipsum, dicendo, quòd verificari de ipso debeat illud Psalmi: De fructu operum tuorum satiabitur terra. Scriptus propè infinita, præsertim super Ave Maria, & de significatione Misæ, de officio Festi corporis Christi, cuius ipse, cùm adhuc vna alia Madamma Urbano 4. Pontifici autor fuit, unde miror, quod non sit factus Cardinalis. Oceanus literarum dictus, concinnauit enim summam Theologiaz, quam tripartiuit, in naturalem, moralem, & sacramentalem. Similiter vnum tractatum de principio individuationis, & vnum aliud de propositionibus modalibus. Sic etiam vnum de motibus naturalibus, & alterum de quidditate. Item, vnum de fallacijs ad quosdam nobiles Artistas, & vnum alterum de unitate intellectus contra Auerroistas, sicut etiam vnum de mixtione elementorum, taceo iam multos tractatus defectuos. Cùm aliquando in textu quodam difficulti & dubio diu hæreret, vidit Petrum & Paulum, qui eum textum sibi explicarunt. Non diu ante mortem suam, cùm Neapoli in Ecclesia Dominicorum ad crucem ligneam oraret, haec verba cœlitus audierunt: BE NE de me scripsisti Thoma. Fuite concessum divinitus, ut in corpore passibili viueret, & interdum lesuum corporis non sentiret. Quoties enim oportuisset sibi fieri minutionem, antequam minutus ad percutiendam sibi veniam accederet, ipse per contemplationem, de abstractione mentis à sensibus prouidebat. Et securè minutus venam percutiens, sancti doctoris imaginationem credere non poterat, quem abstractū à sensibus inueniebat. Taceo, tam multa miracula incredibilia, quæ edidisse etiam mortuus legitur, sic, quòd etiam reliquæ à collo cuiusdam puelle suspensæ, illam à squinantia liberarint. Frater Leonardus de Piperno, monachus conuersus, Fossæ nouæ, inquisitus, vt ferraret duos equos vel mulos duorum fratrum Prædicatorum, qui illuc venerant pro inquirendis miraculis D. Thomæ, de cuius canonizatione tū agebatur, ferrare dictos mulos noluit: erat enim faber

*Antonin. part. 3. Sum.  
H. Tit. 18. cap. 10.*

*Satiata certè, etiam  
usque ad vomitum.*

*Antonin. part. 3. H.  
Tit. 15. cap. 10.  
parag. 1. & 2.*

*Anton. part. 3. Tit. 33.  
c. 7. part. 8.*

*Supersticio confirmatur,  
quid tibi videatur  
Pistor?*

*Antoninus par. 3. Sum. H. Tit. 23. cap. 7. parag. 13.*

*Fratus Sanctus.*

*Ergo nō Pistor, Sancti vestri, etiam in calo, sunt vindicta cupidi?*

*Dāñ man glaubt an dein Heilgen er zeichne dānn.*

*Sed quod omnium maximum videtur, canonizatus extitit à S. D. N.*

*Papa Iohan. 22. (¶ merito etiam tam sanctus enim fuit, ut ipse de se in puritate sua conscientiae dixerit: Regratiō Deo, quia nunquam de mea scientia, seu Magistrali cathedra, motum inanis gloriæ habui.) A Papa, inquam, pio & zeloso, non minus quam de Sixto 4. & Innocentio 3. habitum est, qui res Romanae Ecclesie sic curauit, ut moriens aurearum drachmarum ducenta & quinque millia post se reliqueret. Nam à Carolo, Gallorum Rege, decimas totius regni, quibus hodie carere cogimur, emendauit, sic tamen, ut ipse etiam aliquid pro suo Interesse annuo sibi haberet. Pontifice tam magnanimo, qui Imperatoremetiam Romanum L V D O V I C U M dictūm B A V A R V M B A N N I R E ausus est, nec immerit d: cur enim ipso, totius Reipublicae Christiane unico & summo capite scil. inconsulto, usurpare administrationem Imperij voluit? Vnde etiam Pontifex, et si postea Imperator per legatos confirmari petiisset, nec tamen ipso venisset, Oratores eius cum indignatione & ignominia reiecisse dicitur, & ipsum Imperatorem citasse peremtoriè, & vice comites Mediolanenses ipsi adhaerentes, excommunicasse. Iusitiae adeò tenax, ut Hugonem Garaldum, Caturensem Episcopum (ut Platina noster habet) priuatum insignibus pontificalibus, annulo, mitra, cappa, pileo, camisia que Romana, & degradatum, curie que seculari traditum, omnibus cruciatibus enecauit. Qui etiam Graeca Ecclesia ignotus non fuit. Ad quam cum scripsisset, se esse unicum Ecclesia caput, Christi vicarium: illi responderunt: Potentiam tuam sum-*

*Stella Venetus in  
Iohanne 22.*

*Platina in Iohanne 22.  
Das ist noch ein schlechtes gegen andern.*

*Iohan. Mandevilla lib. 1. cap. 7. Iohan. Balaen de Romanis Pon-*

*tim  
B A N N I R E ausus est, nec immerit d: cur enim ipso, totius Reipublicae Christiane unico & summo capite scil. inconsulto, usurpare administrationem Imperij voluit? Vnde etiam Pontifex, et si postea Imperator per legatos confirmari petiisset, nec tamen ipso venisset, Oratores eius cum indignatione & ignominia reiecisse dicitur, & ipsum Imperatorem citasse peremtoriè, & vice comites Mediolanenses ipsi adhaerentes, excommunicasse. Iusitiae adeò tenax, ut Hugonem Garaldum, Caturensem Episcopum (ut Platina noster habet) priuatum insignibus pontificalibus, annulo, mitra, cappa, pileo, camisia que Romana, & degradatum, curie que seculari traditum, omnibus cruciatibus enecauit. Qui etiam Graeca Ecclesia ignotus non fuit. Ad quam cum scripsisset, se esse unicum Ecclesia caput, Christi vicarium: illi responderunt: Potentiam tuam sum-*

*mam*

mam erga subditos tuos firmiter credimus: superbiam tuam tollerare non possumus, auaritiam saturare non valemus, Diabolus tecum, quia Dominus nobiscum. Fuit etiam tam multum prudens, quod cum Cardinales post mortem predecessoris sui non possent in electione alterius Papa conuenire, sed iam contentio inter eos durasset totum biennium, tandem utraque pars, hoc est, Franci & Itali, totum negotium de electione huic Innocentio, tum Cardinali Episcopo Portuensi, commiserunt, sperans utraque pars, ex se aliquem per illum eligendum, ille autem non planè stupidus, elegit seipsum, & sic Litudini Papa renunciatus est. Tribuuntur tamen illi quedam heretica, ut, quod docuerit Christum & Apostolos habuisse proprium, de quo Platina noster ait, quod non multum cum sacra Scriptura conueniat, ut qua testetur, Christum, eiusque discipulos & veros imitatores, proprium non habuisse, de quo quæso quid tenendum, dicite, an Papa errat, aut quid vobis videatur? Deinde docuit, animas non videre Deum ante extremum diem. Etsi autem vix alicui dubium esse posuit, cum Papa se opposuerint, non tantum Durandus de S. Portiano, Guillelmus Calethus, & alij, sed & Thomas Vualleis Dominicanus, Anglus, qui ideo à Papa in carcerem missus est: tamen cum legerim, Bellarminum strenue negare, Iohan. Pontificem sic mortuum, sed pridie ante mortem reuocasse suam affinum, ne gabimus sanè et nos, quia vix facilius nos extricabimus. Ut autem ad Thomam redeam, ex iam dictis sat patet, quod nemini licet eius sententia contravenire, cum doctor sit Angelicus, cuius conceptio, nativitas, ordo, & scripta predicta, cui Apostoli dubia explicarunt, Christus ipse testimonium dedit, quod bene de se scriperit: in primis quod a tempore Papa in numerum sanctorum relatus fuit, nisi eum, qui errare non potest, deuiasse à vero dicamus, quod esset hereticum, presertim cum in hac ipsa materia diuinum habeat testimonium. Cum enim Parisijs, inter doctores, circa Sacramentum Dominicis corporis ventilaretur admodum scrupulosa quæstio, de dimensionibus & accidentibus, qualiter existerent sine subiecto (wie ein Welz auf seinen Ermelen) & circa hoc diuersa & sibi discordantia Magistri sentirent, & dicarent, in hoc tandem concordarunt, quicquid frater Thomas determinaret & definitiù proferret, hoc communis schola inconcussè teneret. Defertur igitur

H 2 ad

*Catholice fidei confessio.  
fio.*

*Antonius 3. par. 8. m.  
H. Tit. 21. c. 4.*

*Maluit sibi, quam alijs  
regraciari.  
Haud postea sapiebat.  
Quicquid Domine Pie-  
sor, an haec fuerit Ca-  
nonica & valida ele-  
ctio?*

*Bellarminus Tom. 1.  
de Rom. Pontif. lib. 4.  
cap. 14.*

*Anton. par. 3. H. Tit. 21.  
c. 7. par. 7.*

ad ipsum quæstio, cum rationib⁹ & argumentis singulorum. Deuotus vero doctor, arduam quæstionem iudicare, more solito, vt alter Moyses, putauit, ad non querendam quæstionis huins veritatem, & oratione præmissa scripsit, quod spiritus sibi diuinitus reuelauit. Quo facto, iterum ad altare oraturus accesit, & super altare, coram Christo, summo Magistro, quaterno deposito, sic deuotè orans, eleuatis ad crucifixum manibus, obtulit thymiana, dicens: Quæso te suppliciter, si ea, quæ de te scripsi, vera sunt, concedas mihi illa docere & aperte differere. Si aliquid scripsi, tuæ fidei non consonum, & à veritate Sacramenti alienum, impediās, ne proponam. Mira res: Mox Christus ipse, visibiliter apparens, à socio doctoris, & alijs quibusdam, supra quaternum stans, in altari, conspicitur, taliter alloquens sanctum suum: Bene de corporis mei Sacramento scripsisti, bene determinasti propositam quæstionem, sicut ab homine in hac vita potest intelligi, & humaniter diffiniri. Quo diutius in oratione persistente, visus est (predicetus doctor) quasi per vnum cubitum à terra in aëre eleuatus. Quod prodigiū Prior conuentus & alij, conuocati, corporalibus oculis aspexerunt, & absentibus retulerunt. Si igitur ille scripsit bene, facit male, quicunque contradicit.

*Ist⁹ geslogen ohn  
eiu s.*

Nihil iam dicam de STEPHANO BRVLFERO, quem doctorem ignitum dixerunt, qui adeò propè ad subtilitatem Scotti accesit, vt alter Scotus, & secundus doctor subtilis dictus fuerit.

*Mauritius de portis,  
Hybernus, ordinis Mi-  
norum.*

*Spanheimensis de viris  
illustribus.*

Nec de FRANCISCO MAYRONIS, Scotti subtilissimi discipulo, qui scripsit super Magistrum non semel tantum, aut bis, sed ter, & in quosdam eius libros quater. Scripsit veritates in Augustinum, & libros formalitatum: libros præterea Physicos, Ethicos, & Metaphysicos: Postillas super totam Scripturam: Quodlibetum egregium quoque, & quæstiones Dialecticas. Disputator subtilissimus, maximarum propositiōnum inuentor præcipiūs. Imò arcana quædam & abstracta, diligentissimus indagator, primus inuenit: quo factum, vt ab-

abstractorum Magister meritò dici meruit. Acerrimus se-  
cta Scotica propugnator, omnium enim fundamentorum,  
quæ iecit, à Scoto, tanquam Victruvio suo, formulam acce-  
pit, quem etiam colit & adorat, & tanquam religionis nostræ  
decus proprium suspicit & veneratur.

Nihil de PETRO PALVANO, qui non solum Postillam super  
vniuersa Biblia scripsit, secundum triplicem sensum, literalem, moralēm  
& Allegoricum: sed quod plus mirum, integrum librum Praefationum, su-  
per sacram Scripturam.

Neque de HERVETO nostro, qui edidit integrum tractatum de  
intentionibus secundū, & quæstiones Catholicas contra Henricum de  
Ganda, qui doctrinæ nomine se plurimū gloriabatur, cai etiam Io-  
hannes Duns, doctor subtilis dictus, multa furatus reprehenditur, licet  
dissimulet: unde etiam libri eius à S. D. N. Iulio 2. Papa, priuilegiati Ist seines Bans  
impressi sunt, sic, quod nemini licet intra decennium illos imprimere, vel gar zu milte ges-  
imprimi facere, sub pena excommunicationis, à qua non nisi à summo  
Pontifice, præterquam in mortuus articulo, absolui poterit.

Venio ad DVRANDVM, qui dupliciter scripsit super Magistrum.  
Et quodlibetam, & institutionem Cleri, & vnam summam notabilem,  
quibus nomen suum notificauit. Et quod mirum videri posset, non tan-  
tum contra Thomam allegauit, quod etiam alij facere tentarunt, repre-  
hensoria Thome scribentes (licet Durandus in hoc non probetur à docto-  
ribus, quod primò pro Thoma, & deinde ex causa fluctuaga contra ipsum  
scripsit) sed etiam contra Pontificem ipsum Iohannem 22. quedam edidit.  
Et et si versificator quidam, foris Thomista, de illo hos versus fecisse cre-  
ditur:

Durus Durandus iacet hic sub marmore duro:  
An sit saluandus, ego nescio, nec ego euro.

Tamen in oppositum, sunt etiam alij versus pro ipso:

Exit io. Durandus: io. fausto omne prodit,  
Purior electra, suauior ambrosia.

Sicut Pistor Magister  
concretorum.

Sixtus Senensis lib. 4,  
Bibliotheca sancta.  
Trithemius folio 127.

Immane delictum.

Trithemius fol. 125.

Iodocus Badus Ascen-  
sionis.

*Fuit ordinis Predicato-*  
*rum.*

*Scilicet excellens exit, lux ordinis ampli,*  
*Fax rudum: docti sydera certa thori.*

*Abbas Spanheimensis*  
*de viru illustribus.*

Similiter de Marsilio Inguen, & Gabriele Biel, quid dicam, quorum hic, Gymnasio Tubingensi, ab exordio sue institutionis, per multos annos praeftit: ille vero a Roberto, duce Bauariae & Comite Palatino, de Gymnasio Parisiorum, Heidelbergam vocatus, primus illius plantator fuit: & vterque plurima, etiam in seculari Philosophia, edidit.

*Abbas Spanheimensis*  
*de viru illustribus.*

Mulier autem magis IOHANNES ILLE GERSON, Petri de Aliaco, dicti Cardinalis Cameracensis olim discipulus, qui doctor Consolatorius dici meruit, & Cancellarius almae Parisiorum Academiae fuit. Et scripsit plurima, per qua nomen suum obtinet, vt: Regulas morales, & remedia recidiventium, de monte contemplationis, & de consolatione Theologie, vnde fortasse doctor Consolatorius dictus est. Trialogum de schismate, & Trialogum de Astrologia, de nuptijs Ecclesiae, & de nuptijs Sapientia, de auferibilitate sponsi: & vnum Dialogum de quolibet, & Donatum moralizatum, magis autem vnum de temperantia Prelatorum, & alium de castitate Clericorum, vnum de pollutione nocturna, & alium de pollutione diurna, centilogium de impulsibus, & aliud centilogium de conceptibus, & similia plura. Et licet fuerit tam doctus, vt princeps Theologorum sui temporis fuerit habitus, tamen etiam pius fuit tam valde, vt quidam doctor noster de illo ponat, dubitandum, an pietate eruditio nem, an vero eruditio pietatem superarit, vt merito, personaliter, Concilio Constantiensi vt legatus Famosissimi Galliarum Regis Caroli, interfuerit. Vnde miror, cur patria, domo, amicis, dignitatibus, & bonis etiam proprijs priuatus, in exilio mori debuit, de quo cum Sixtus noster totus mutus sit: Trithemius autem, exilijs, sed causa eius, non meminit, quæso, vos illam ponite, ne Seditij aliquid mali opinentur.

*Sixtus Senensis lib. 4.*  
*Bibliotheca sancta.*

*Quid id?*  
Pistor: Was ist  
das für Latein?

*Trithemius de viru*  
*illustribus.*

*Sixtus Senensis lib. 4.*  
*Bibliotheca sancta.*

*Sixtus Senensis ubi*  
*sapra.*

Quantus etiam fuit ANTONIUS ille Florentinus Archiepiscopus, scientia & vite conuersatione famosus & reuerendus, qui scripsit Summam casuum: Chronicam ingentem & notabilem, instructorium item confessorum: in primis vero, vt Sixtus noster ait, vasto prolixitatis volumen, tantum super salutazione angelica: Ave Maria, & Cantico Marie.

Illud

*Trithemius fol. 170.*

*Hieronymus Platti de*  
*statu religiosorum.*

*Sixtus Senensis lib. 4.*  
*Bibliotheca sancta.*

Illud autem est vnum bene notabile, quod hac opinio habet Decretum  
sive Canonem Concilij pro se. Vbi, queso, Domine scientifice, dicite, cui  
standum, vna pars habet Pontificem, altera Concilium: vbi doctores no-  
stris se dividunt in duos, ita, ut quidam dicant, quod Papa sit supra Conci-  
lium in tantum, quod si etiam legati Papa Concilio interficiantur, tamen si  
aliquid contra sententiam Papa & legatorum eius statuantur, non teneri  
debeat. Imdebet si legati legitimis cum Concilio Generali sentiant aut de-  
cernant, tum Papa, si ei non placeat, solus soluere, & contra vniuersale  
Concilium, atque suos etiam legatos pronunciare posset, quia ipse solus  
non posset errare, vt quis sit caput Ecclesie & Christi vicarius. Vnde miror,  
quid opus sit Concilia celebrare, & iacturam temporis & facultatum fa- Dass die Pfaffen  
cere: si enim per solum Dominum nostrum Papam stat: nam ipse omnes auch ihr Kirch-  
leges & decretalibet in scrinio pectoris, iubeat ac mandet, quid credi aut weih haben.  
haberi velit, & contrauenientes maclentur, sicut suprà quoque tactum  
est, & parcitur labori & sumtibus. In contrarium autem sunt alijs, qui  
tenent, quod Concilium sit supra Papam, sicut ille Parisiensis olim Can-  
cellarius, Iohan. <sup>(a)</sup> Gerson. Cardinalis Cameracensis <sup>(b)</sup> Petrus de Alia-  
co. Nicolaus <sup>(c)</sup> Cusanus. <sup>(d)</sup> Panormitanus. Cardinalis <sup>(e)</sup> Florenti-  
nus, <sup>f</sup> Abulensis. Et in primis <sup>g</sup> Alfonsus noster de Castro, qui scribit:  
Post Conciliorū decreta, proximum locum tenent decreta-  
les Epistolæ à summis Pontificibus emissæ, LONGE TA-  
MEN in his, que fidem Catholicam spectant, à Conciliorum  
definitionibus, earum autoritas abest. Quoniam Papa in fi-  
de errare potest, ut melius sentientes tenent, etiam ex his, qui  
Papatum plurimum fauent. Inter quos est Innocentius eius  
nominis quartus Pontifex, in Capitulo, i. de summa Tri-  
nitate. At Concilia, legitimè congregata, in fide errare pos-  
se, temerarium est ac impium asternerere. Sic ille. Quod sis sic stat  
Thomæ opinio, vel propter autoritatem solius Concilij, contra Magi-  
strum, Cardinalem Bonaventuram, atq; ipsum etiam Pon-  
tificem. Sed de hoc vos poteritis mihi resolutionem  
bonam dare, ne forte siam ha-  
reticus.

<sup>(a)</sup> Gerson de potesta-  
te Ecclesie.

<sup>(b)</sup> Petrus de Aliaco,  
de potestate Ecclesie.

<sup>(c)</sup> Cusanus de Cor-  
cordia Canonica, lib. 2,

cap. vlt.

<sup>(d)</sup> <sup>(e)</sup> Extra, de  
electo, c. Significati.

<sup>(f)</sup> In cap. 18. Matt.  
quesit. 105. Et in defen-  
sorio trium conclusio-  
num.

<sup>(g)</sup> Alfonsus de ca-  
stro aduersus heres.

N.B.  
Pistor, tanè prius aut  
melius sentit consule.  
miseram conscientiam.

## Examen

# Examen sententiae eorum,

qui negant mures comedere corpus  
Christi.



I I G I T V R M V R E S , H O S T I A M S A C R A M  
comedentes, corpus Christi non comedunt, quid nam sit de  
corpo Christi? anné euaneat, & in fumum abit, atque  
annibilatur? sed hoc est contra Philosophum, & etiam  
contra doctores nostros. Quamuis enim quidam doctor  
noster tenet, quod etsi causa naturalis non potest creare, po-  
test tamen annihilare: tamen ali⁹ dicunt, quod substantia non posset  
redigi in purum nihil: multò verò inini⁹ sanctissimum corpus Domini,  
inò desinentibus etiam speciebus (ut doctores nostri aiunt) non desinit es-  
se corpus Domini, qui agloriosum & immortale, secundum illud Apostoli:  
Christus resurgens ex mortuis, iam non amplius moritur. Quid ergo sit  
de illo? Bonaventura querit, Nunquid euolat corpus Christi? At Ga-  
briel quasi respondens dicit: Non euolat autem corpus Christi de loco spe-  
cierum alteratarum.

2.

Thomas Hardingus  
pag. 728, citante Iohan.  
Iuello,  
Sic & ali⁹.  
(a) Forte finem.

Dicunt ergo quidam doctores moderniores, quod Christus se clancu-  
lum subducat. In huiusmodi occasionibus (scribit quidam  
doctor noster) ubi hostia vel roditur, vel mordetur, vel edi-  
tur à verme, aut alia bestia, quæ contra scopum & " fidem,  
propter quem Sacramentum institutum & seruatum est, in-  
cidunt, non debet nobis incredibile videri, Dei potentia  
considerata, Deum corpus suum illis externis formis surri-  
pere.

3.

Verum ex hac response duο videntur absurdā consequi. Vnum,  
quod maior esset potestas ministerialis muris, quam sacerdotis. Nam sa-  
cerdos, et si sit legitimè vocatus, ratus, vntus & consecratus, tamen nisi  
habeat debitam intentionem, non potest facere, ut corpus Christi incipiat  
esse

Communis opinio docto-  
rum Scholasticorum  
& Summisbarum.

esse sub Sacramento: mus autem nec yncius, nec rafus, nec vocatus, nec consecratus, aut ordinatus, etiam sine bona intentione, posset efficere, ut corpus Christi desinaret esse sub Sacramento.

Deinde, alterum absurdum, quod indignè videtur dici de Christo, quod veniente mure aut vermiculo fugiat, & se sic surripiat. Vnde videatur potius dicendum, quod mus accedens propius, metu perterritus, & demuncula illius sanctitate & maiestate fugiat & reuertatur, sicut super hoc sunt aliqua exempla in historijs.

In quadam villa, fures, in nocte quadam infringentes Ecclesiam, inter cætera etiam scrinium cum corpore Christi, inde tulerunt, sed cum nihil in eo, præter pyxidem & reliquias cum Sacramento reperissent, nihil de ea curantes, pyxidem super sulcum agri proximi, villæ illius, ponentes, confusi recesserunt. Manè vero cum rusticus cum aratro & boibus in eodem agro araret, venissentque animalia iuxta pyxidem, stupendo steterunt, quos cum arator stimularet, ut procederent, nunc recalcitrabant, nunc exorbitabant. Iritus rusticus ait: Quis Diabolus est in istis bobus? nondum enim clarè videre poterat, quia erat ante ortum diei. Diligentius autem circumspicendo, deprehendit pyxidem ante pedes boum, & scrinium suæ Ecclesiæ ante illam. Tunc causam rebellionis non amplius ignorans, omnibus in agro dimissis, cucurrit in villam, tam sacerdoti, quam alijs, quæ acta sunt, referens. Tunc omnes simul in agrum descendentes cum cruce, cereis, & thuribulo, corpus Dominicum reportarunt. Ita credo, potius dicendum, quod mures ad corpus Dominicum stupendo stantes non procederent, sic, quod stimulati etiam, potius recurrarent, aut exorbitarent, sicut illi boues.

Dicam bene aliud, domine scientifice, cum plebanus quidam populum communicaret, et hostia de manu eius in pavimentum, lateribus stratum, delapsa esset, mox ut hostia lapidem tetigit, lateris duritia illi cessit, ita ut circulus & literæ hostie in lapide apparerent, sicut si molli ceræ essent imprese. Videte, domine gloriose, si lapus res inanimata & durissima, cedit

Promtuarij exemplorum, exemplo 37.

Cæsarius lib. 9. cap. 7.  
Cæsarius ille anno superiore Colonia resue excusus est.

N.B.

Sancti & pij boues, cur non canonicati sunt?

Promtuarium exemplorum, exempl. 37.

Cæsarius lib. 9. cap. 14.

*corpori Christi, sicut cera mollis, quare non etiam mis probabiliter cederet eidem?*

*Imò habeo etiam aliam historiam super hanc: In villa Belle, cum sacerdos quidam vna die Missam celebraret, & hostiam, patinæ superpositâ, super corporale locasset, illa mox resiliuit, sacerdos putans, hoc casu accidisse, & hostiam non bene locatam, denuò eandem superposuit, quæ eo intuente, remotius resiliuit, quam prius, cumque tertio id tentasset, quasi turbine impulsa, proiecta est de altari. Quo viso territus est valde, & se tanto ministerio indignum reputans, præcepit Scholaris, ut eadem hostia reseruata, aliam superponeret, quam & consecravit.*

*Cesarius lib. 9. cap. 65.*

*Dicta vero missa, tollens hostiam prædictam, Coloniam properauit, inueniensque priores apud sanctos Apostolos, hostiam eis ostendit, & quid de ea actum sit, recitauit. Cunctis causam mirantibus, unus de Clericis hostiam contra lucem leuans, maculam in ea contemplatus est, quam cum in conspectu multorum fregisset, cimex, qui vulgo pediculus parietinus dicitur, apparuit in ea decoctus, & glorificauerunt Dominum omnes, qui aderant. Haud dubie à sanctis angelis reiecta est, qui non sunt passi, ut panis à tam foetido vermiculo corruptus, per ministerium sacerdotis transiret in corpus Domini sui. Annón dicendū quoq; domine scientifice, quid sancti angeli reieciant hostiam, ne patet corruptioni vel comedioni tam foetiū vermiculi, aut muri, potissimum cum iam transferit in corpus Christi?*

## 4.

*Premtuarium exemplorum, exemplo 30.  
Cesarius.*

*Quod si ista cautela non videtur sufficiens, habeo vnam aliam. Plebanus quidam S. Iacobi, cum deferret corpus Domini, ad communicandum quendam infirmum, in platea obuios habuit asinos aliquot, saccis frumenti oneratos, qui totam plateam occupauerant, ita quod vix Scholaris, qui ante plebanum portabat lucernam, pertransisset: plebanus autem, quod senex esset, timeretq; præcipitari cum Sacramento in lutum,*

lutum, ait ad asinos: Quid est, quod agitis asini, nunquid consideratis, quem gestem in manibus? Statim discedite, dantes gloriā creatori vestro. Mox omnes asini steterunt, & simul descendērunt, & licet descensus esset laboriosus, sacci tamen non sunt lapsi de asinis. Ecce rem miram.

*Exorcismus pontificis asinus.  
Wie waren sie sonst so hart erschrocken?*

Quid si ista verba, domine profunde, scribantur ad parietem, vbi corpus Domini reconditur & custoditur, sic: O vos mures, quid agitis, considerate, quis sit intus, qui hic detineatur & custodiatur, statim discide te, & date gloriā creatori vestro; si asini tam ignavi, tardi, stolidi, mox recesserunt, quis idem mures facturos dubitabit? Nec obstat huic, quod forte mūs non tenet literas: si enim asini per miraculum possunt intelligere vocem vnius plebani, quidni per miraculum possent mures intelligere scripturam vel vocem vnius sacerdotis?

## 50.

Cum igitur tacta opinio non sit probabilis, propter iam dicta absurdia, ideo est una alia, quod scilicet corpus Christi mox atque a mure vel bestia rodendo tangitur, statim in cœlum, locum certè tutissimum, rapitur.

Et sic opinatur Glossator in decretis, dicens: Certum est, quod, *De conser. diff. 2. cap. Tribus gradibus.* quam citò species dentibus teruntur, tam citò corpus Christi in cœlum rapitur.

Et hanc opinionem etiam H V G O D E S . V I C T O R E videtur *Pelbarius, &c alij.* approbase. Cum enim in extremis constitutus, peteret corpus Domini, fratres autem timentes, ne per vomitum ejiceret, & tamen nollent ipsum super hoc contristari, obtulerunt illi hostiam non consecratam, quam ille cognoscens per spiritum, ait: Parcat vobis Altissimus, quid voluiſis mecum facere, qui confusi, protinus verum corpus Domini obtulerunt, quod videns ille, genu flexo, ut potuit, adorauit? Et cum præ infirmitate recipere non posset, dixit: Ascendat filius ad Patrem, &c. Sed praterquam quod illi non planè inter se consentiunt, cum unus dicat, quod rapiatur in cœlum; alter, quod ipsum ascendat in cœlum: item, quod absurdum videtur plura corpora Christi simul in cœlo esse, nisi forte dicamus, quod eodem momento, voce sacerdotis, alibi forte conscientis aut panem consecrantis, eò ad Sacra-

*Sicut anima, quibusdam corpora hac egredi, & ille ingredi videntur.*

mentum rapiatur & transsubstantietur. Sunt (inquam) prateriam dicta, etiam plures doctores, qui id negant, dicentes, quod corpus Christi neque descendat, neque ascendat, & sic est alia opinio.

## 6.

*Altisdiorenſis lib. 4.  
Sent. cap. 3.*

*Super Can. Miffe  
lect. 8.4.*

*Ibid.*

*Anton. 3. part. Tit. 13.  
cap. 6. parag. 3.*

*Paludanus lib. 4. Sent.  
dist. 9.*

*Bonavent. lib. 4. Sent.  
dist. 13 quest. 1.*

*Super Can. Miffe,  
lect. 8.4.  
(a) Id est, prius fuit.*

**G**VILIELMVS enim Altisdiorenſis scribit: Nec dicendum est, quod desinente forma panis esse, ascendat corpus Christi in cœlum: aut sacerdote proferente hæc verba: Hoc est corpus meum: descendat corpus Christi de cœlo.

**G**ABRIEL etiam inquit: Non euolat autem corpus Christi de loco specierum alteratarum in cœlum. *Etrusus*: Corrupto Sacramento non reddit (corpus Christi) in cœlum, in quo prius erat, & à quo non recessit, in quo etiam mansit, quando sub Sacramento esse incepit.

**S**ic quoque ANTONINVS id negat, & hæreticum esse ait, dicere: quod vbi species dentibus atteruntur (vt glossa habet) Christus ad cœlum rapitur. *Similiter & PETRVS DE PALVDE,* qui quoque dicit esse hæreticum, ex quo etiam Antoninus se accusasse fatetur.

**I**mò quod plus est, dicunt doctores nostri, quod corpus Christi dimittendo species (sacramentales) non mouetur ad ullum alium locum.

**E**t illud illuminat GABRIEL una quadam similitudine, dicens: Vbi manet corpus Christi? manet in cœlo, vbi praefuit, antequam ad Sacramentum peruenit, à quo non recessit, cum ad Sacramentum venit. Vbi quæso manet anima rationalis, quando amputatur manus hominis? Non corruptitur, quia perpetua. Nec manet in manu abscissa, quia anima secundum propriam naturam non potest infirmare corpora discontinuata. Nec reddit ad corpus, cuius illa manus prius erat pars, nam ab illo corpore non recessit. Vbi igitur manet? Manet in corpore, vbi erat ante abscissionem manus. Sic corpus Christi manet in cœlo, corrupto Sacramento, in quo erat, antequam corrupteretur.

*Sed.*

Sed hac opinio plus absurditatum trahit, quam Nilus simi. Primiū enim Gabriel ipse fatetur, quid, ut sic, possint successiū contradictionia de corpore Christi verificari, quod est inconueniens.

Deinde ex hoc sequetur, cūm Christus tantūm vnum verum corpus habeat, quod perpetuū in celo maneat, sacerdos aliud, quam in celo sit, ore suo conficiat, & sic non illud verum, sed aliud nouum, voce sacerdotiū consecrantiū creatum, in Cœna & Missa offeratur, sicuti iam ex Thoma nostro amplius patebit, quod videtur absurdum.

Præterea pugnat cum Philosophia & Patrum dictio: Si enim corpus Christi dimittit species panis & vini, nec tamen mouetur ad ullum alium locum: aut euaneat, quod suprà negatum fuit, aut certè non est verum corpus, cūm omne corpus (ex Patrum doctrina) necessariò sit in loco: Tolle enim (ait quidam) spacia locorum corporibus, & nusquam erunt, Augustinus ad Dardanum, Epistola 57. & quia nusquam erunt, non erunt. Ex quo sequitur, quid nos erimus num. 4. sent. Nullib[ea]ta, sicut enim Lutherani ponendo corpus Christi ubique, Vbi quissta dicuntur, sic nos, cūm dicimus, quod neque in Eucharistia, aut specie bus illis maneat, nec etiam dimittat eas, aut inde moueat, faciemus il- Romanista, Nullib[ea]ta, Bonausont.lib. 4. sent. dist. 13. quaest. 1. lud nullibi esse, & sic Nullib[ea]ta dicendi. Pistor, Emplastrum ad hib[ea].

Neque stat Gabrielus similitudo, anima enim est spiritus, quod de corpore Christi non potest verificari, nisi velimus esse heretici Marcionite, & phantasticum corpus Christo tribuere.

Scribit quidem Doctor angelicus, quid in corpore Christi in Sacramento non est distantia partium ab inuicem, vt oculi ab oculo, aut capitis à pedibus, vt est in alijs corporibus organicis: talis enim est distantia partium in ipso Christi corpore Thomas part. 3. Summa quest. 76. art. 30. vero, sed nō, prout est in Sacramento. Sed nescio, quam bene illud, si enim hoc stat, sequitur, quid non ipsum verum corpus Christi sit in Sacramento, ideo videtur sententia glossatoris præferenda, qui ait: Sed secundūm hoc videtur, quid vbi pars est, ibi est totum, & secundūm hoc videtur, quid pes & nasus sunt coniuncti: quod non credo.

Vnde & alius quidam doctor noster tenet, ibi (inquit) est corpus Christi in tanta quantitate, sicut fuit in cruce. Vnde mirum est, quomodo sub tam modica specie tantus homo lateat.

Ludolphus Saxo Charthus, de vita Christi, parte 2. cap. 56.

Videte ergo, domine mihi, quantum citius potestis, succurrите оуus, re-  
cte, ohn den wenigsten bedacht! & in continentia, his contradicitionibus,  
ne fiamus hereticis Lutheranis irrisibiles.

Sed iam oritur alia grandis dubietas. Si enim corpus Christi vel ra-  
pitur, vel surripitur, vel in aliquem, aut etiam nullum locum se transfe-  
rat, quid tunc remanet, domine subtilissime? Non potest dici corpus Chri-  
sti hic esse, quod vel raptum vel surreptum, aut alibi, aut nullibi inueni-  
tur, nec panis, quia ille dudum, per totum, in corpus Christi fuit trans-  
substantiatus. Nec accidentia, nam ut doctores nostri dicunt, acciden-  
tia non sunt sine eorum subiectis, sed sic se habet quodlibet

Iohan. Maior. 4. Sent.  
diff. 12. quaest. 1.

accidens ad suum subiectum, sicut similitas nasi ad nasum. Quod si quis contenderebat, etiam absenso naso, manere tamen similitatem  
eius in facie, annō esset totus deridendus? Vnde doctores dicunt, acci-  
denta sine eorum subiectis ponere, esse, ac si pes in scapulis,

Pelbarus lib. 4. Rosary  
de Euchar. cap. 4.  
parag. 17.

aut vermis in cœlo ponatur, quod multum inconvenit. Et licet con-  
muni opinio doctorum teneat, quod in Eucharistia accidentia  
sint sine eorum subiectis, tamen simul etiam hoc tenent,

Scotus lib. 4. Sent.  
diff. 12. quaest. 6.

quod illud solum fiat in Eucharistia. Sic enim scribit Doctor sub-  
tilis: Deus ordinavit accidentia nunquam esse sine subiecto,  
nisi in Eucharistia. Sunt etiam super hoc verba doctores Pelbari, di-  
centis:

Pelbarus lib. 4. Rosa-  
ry aurei, de Euchar.  
parag. 19.

Deus statuit illas species manere sine subiecto, tantum  
in Eucharistia, ergo non stante Eucharistia (ait ille) statuit, quod  
non sunt accidentia sine subiecto. Iam vero, in casu, si talis hostia ad  
agrotum deferatur, & velut ab obuiantibus, vel in Ecclesia coram do-  
muncula procidentibus, & adorantibus talen hostiam, sentiendum, an  
non debeant dici idololatrare? Videretur certe, quod sic, quia cum ibi corpus  
Christi amplius non sit, aut panem, aut accidentia adorant, quod est ido-  
lolatria, unde credo, quod melius esset, non reseruari Eucharistiam, nec ad-  
orari, ad praecaudum peccatum tam grande, aut certe conditionaliter  
adorandum, sicut doctores quidam de Eucharistia dicunt. Multienim  
sunt casus, in quibus stat, quod non recte consecratur, & sic tantum panis  
nudus, non corpus Domini adorari posset, ut si panis ex alia, quam triticea,

materia confessus sit, quod sapè accidit. Aut si plures hostia apposite, sa-  
cerdos quasdam ex illis, & non omnes consecrare intendat, vbi quidam,  
quod illa tantum, quas intendit, alijs, omnes consecrari volunt. Vbi obi-  
ter vnum notabile questum apud doctores nostros oritur: Si sacerdos  
intenderet consecrare totum panem, qui est in foro, utrum  
conficiat corpus Christi? Quidam contradicunt, quia talis  
non conformaret intentionem suam intentioni Ecclesiae,  
quæ est, vt sumatur, implicite vel explicite. Sed alij tenent Raymundus in Sum.  
Nuper, domine gloriose,  
si ipsa vestimenta gloria  
inductis, quas, so, risum  
teneant.  
oppositum, dicentes: Si sacerdos induitus vestimentis gloriax,  
intrans forum, vbi panes venduntur, & incipiat loqui verba  
Canonis, benedictiones faciendo super panes, tunc dubita-  
tur, an isti panes sint consecrati? Respondetur, quod si ipse  
debitè prolationem verborum, & intentionem consecrandi  
habuerit, tunc isti panes omnes sunt consecrati. Sed dices,  
num possunt tunc pistores illos panes vendere? Dico, quod  
non, sed Christi fideles debent comparare istos panes, cum Ein guter handel  
plebano, & possunt sacerdotes ex eis nutriti.  
dictum esse, ex eo patet, quod cùm in uno quodam loco, pastores quidam Sed quod, domine Pt-  
bor, an prans etiam,  
(vt Gabriel tenet) posito, in agro quodam, pane, super lapidem, verba Cæ- an vero solim ieiunis  
illis (corre ieiunis) ves-  
sus est in carnem.  
nonis dixissent, ad prolationem verborum illorum, panis statim conuer- llicant.  
sus est in carnem. Si hoc possunt verba Canonu à laico proleta, quid pos- Biellett. 16. super Can.  
sent, si sacerdos, debit intentione, panes, sic, vt dictum est, consecret? Sed Missa.  
pergo, si sacerdos quedam verba dissimulet, aut prætermittat: si oblitus  
fuerit, aut non attenderit satis: si sacerdos oblitus fuerit vinum infunde-  
re in calicem, aut aqua tantum addiderit, vt vini naturam vincat: aut si Richardus 4. Sent.  
vinum iam acuerit, vt consecrationi inservire non poscit. Quamvis enim diss. 11.  
consecrari poscit, si vinū tantum in via aescendit: tamen, si acuerit, dis- Angelus de Clauasio,  
verbo Eucharistia,  
parag. 10.  
fert à vino, sicut viuum & mortuum, vt dicit Philosophus in 7. Meta- Summa Angelica de  
Euchar. Ergo Papa po-  
test errare.  
phys. Innocentius tamen credit, quod etiam in acetō confici poscit: Si Pres-  
byter in crimen fornicationis iaceat, & in eo peccato perseveret, tum be- Diss. 11. Si qui.  
nedictio vel consecratio eius veritatur in maledictionem: Aut, si de agresta Et quā Anguis omnia  
& singula circumssi-  
ciat?  
consecret: nam vinum & agresta differunt, sicut completum & incom-  
plerum: Item, si de vappa, id est, aquarello, consecret, non conficitur san-  
guis Christi: sicut nec de musto, quod adhuc continetur in sua, licet ma- Pluribus intentis minor  
est ad singula sensus.  
tura, quia sic non est in specie potabili, sed edibili, imò ne quidem in mu- store-

sko recenti, propter impuritatem. Neque etiam in pufca seu aqua vinta  
 (leiren) neque in aqua rubea, in qua lotus est pannus, rubeo vino tintus, quia aqua addita tollit virtutem vini. Similiter si grana alterius generis admixta sint tritico, in tanta quantitate, quod aliam speciem efficiant, ut si medium constituant, non conficitur, in modicata tamen quantitate non impeditur: aut si panis coctus sit ex aqua rosacea, ubi Durandus vult confici posse, sed Doctor angelicus, & alijs tenent oppositum, & strenuissime negat, quod vlo alio, quoconque etiam, liquore, quam aqua simplici confectus panis, possit in Eucharistia consecrari. Sic si panis confectus ex spelta, quidam putant consecrari posse, sed Petrus de Palude ait, communem opinionem Doctorum esse in contrarium, sic de amido etiam non potest confici. Si sacerdos non sit baptizatus, si non vinctus aut consecratus, unde nec virgo Maria, nec angeli Dei possunt confisci, quia non consecrati: quamvis virgo Maria aliquoties quosdam communicasse & sic consecrasse, sicut & sancto oleo moribundos vnxisse, legitur, sed illud forte ex dispensatione. Si sacerdos sit haereticus, ut Magister ait, quamvis alij contra sentiant & dicant: Magistrum hic non teneri: aut si intendat, dimidiam tantum hostiam consecrare. Unde et si quidam dicunt, quod medietas illa consecretur, tamen alij negant, nisi intentio sacerdotis sit determinata ad certam medietatem, superam vel inferam, dexteram vel sinistram, aliter autem si in vago: nam operationes reales non sunt circa singularia vaga. Videte, profunde domine, in his casibus & similibus pluribus non conficitur, & sic, in casu, stat populum adorare panem, & committere Idolatriam. Hic dicunt quidam doctores, quod non est Idolatria, quia est ignorantia inuincibilis, quae excusat adorantem, cum bene speret de proximo, siue Presbitero, siue Episcopo. Et exemplificant illud: Si Iacob prima nocte cognouit Leam, non peccauit, quia fuit ignorantia inuincibilis, aliter esset, si sciuisset: sic qui piè præsumit de sacerdote, & adorat, cum aliter non teneatur, non committit Idolatriam, propter ignorantiam inuincibilem. Simili id arguant, si quis audiat Prælatum docentem haeresin, cuius oppositum non tenetur scire, & assentitur ipsi, non peccat, alias non conduceret sè & multorum audire sermones.

*Speculationes ociosorum hominum.*

Petrus Lombardus  
 lib. 4. Sent. dist. 13.

*Angelus de Clauasio, in  
 Summa Angelica de  
 Eucharistia, parag. 26.*

*Circa qua, tu Pistor, an  
 individua, an vero singula  
 laria vaga vagarū?*

Petrus de Palude lib. 4.  
 Sentent.

*Maior. lib. 4. Sent.  
 dist. 11. quest. 3.*

*So muß man die  
 Schrifte brauchen.*

*Maior ubi supra.*

*Inuenta eadens.*

*Nes: sic etiam est in proposito, vbi populus non tenetur scire, ut quid consecrationis, satis est, si certus sit, certitudine morali.*

*Sed alia est opinio in oppositum, quidam enim doctores dicunt, quod maior requiratur indago, circa adorationem in cultu latriæ, qualis est in Eucharistia, quam circa rem vxoriam.*

*Et legi nuper vnius heretici librum, qui dicit, quod quæ singula-  
ri Dei prouidentia fiunt, & singulari de causa diuinitus per-  
mittantur, sicut est de Lea & Iacob, illa non possunt in ex-  
emplum trahi, aut regula inde fieri. Et alius etiam quidam do-  
ctor noster tener, quod quæstio de Lea & Iacob, sit facti, non iu-  
ris, & ita nihil ad questionem propositam. Vnde Thomas de Aquino  
scribit, qui hostiam consecratam adorat, adorare eam oportet  
cum conditione, scilicet, si est consecrata, non tamen  
oportet, quod hæc conditio semper sit actu explicata, sed  
sufficit, quod habitu teneat illam.*

*Et aliis quidam Thomas: Nullus quantumcunque sit sim-  
plex, vel quantumcunque sit discretus, debet præcisè crede-  
re, hoc esse corpus Domini, sed cum hac conditione, si in  
consecratione ritè sint acta omnia, aliter enim de creatura  
asseret, quod ipso sit creator, & ita esset Idololatria.*

*Id etiam Raymundus arguerie videtur, dicens: Si plures in alta-  
ri reperiantur hostiæ, quam sacerdos consecrare intenderit,  
cum non certo constet, an omnes sint consecratæ, debent  
cum conditione accipi, dicendo: si non es corpus Christi, vt  
panem te manduco: si autem es corpus Christi, proficias in  
vitam æternam.*

*Et Innocentius air: Propter sacerdotem, qui potest esse hære-  
ticus, & eleuare vinum non consecratum, aut hostiam non  
consecratam, ne committatur Idololatria, sic adorandum:  
Te a doro Iesu Christe, qui amara morte mundum redemi-  
sti: vt sic non Eucharistiam adoret, ne in Idololatriam inscius cadat, sed  
simpliciter Christum ipsum & immediate. Quod cum ita sit, nunquam  
K licebit*

*Johan. Inellus, Episcopus  
Sarisburiensis.*

*Maior lib. 4. Sent.  
diss. 11. quest. 3.*

*Thomas Angelicus  
lib. 3. Sent. diss. 3.*

*Thomas Sarisburiensis  
de arte predicandi  
cap. 23.*

*Verum, quicquid non  
sit ex fide peccatum est.  
Rom. 14.*

*Raymundus in Sum-  
mula, fol. 16.*

*Raymundus in Sum-  
mula, fol. 18.*

*Zohar 4.* licebit Eucharistiam adorare categoricè, sed semper cum conditione, & sic dubitanter, forte ut verificetur, quod scriptum est: Vos adoratis, quod nescitis. Hinc quidam nos rident, dicentes, quod quidam doctor noster dicit, quod hoc sit Ethnicum: illos enim sic Deos suos inuocare solitos. Si tu es Deus, siue, si tu es Dea, sicut & Athenis ignoto Deo ara extorta legitur. Cum autem idem planè sit in hoc casu, si Christus murem fugeret, & corpus suum substraheret, statuite vos, domine gloriose, qui estis mare magnum infinitæ eruditio[n]is, quid hic tutò tenendum sit.

*Arnobius lib. 3.*

*AÆter. 17.*

Illud autem minus est de facili determinare, quid mus comedat? Non corpus Christi: illud enim (dicunt i[ps]i) raptum aut subtractum esse, quam citò mus incepit rodere: neque panem; ille enim transsubstantiatus fuit in corpus Christi totaliter. Restat igitur, quod accidentia comedat, hoc est, colorem, odorem, saporem, & similia. Sed quam erit illud irrisorium, quis enim vñquam legit, aut audiuit, quod color vel odor sit corrosibilis vel comedibilis, multò minus bibibilis. Legitur quidem in una quadam historia, quod inueniuntur homines in quadam terra, qui nulla ora habent, aut tam parua, vt nullum cibum accipere possint, & tales dicuntur ex odore vivere, sed quis seit, an sit verum, ego neminem audiui, quia ita homines vñquam vidisser.

*P[ro]p[ter]a Maior. diff. 12.* Deinde videmus, mures & bestias, sicut & homines, bostryx talibus nutriti, & si satis habent, vitam sibi ex illis sustentare posse. Et si enim quidam Doctor noster teneat, quod nemo ex accidentibus nutriti possit, sed tantum alterari, vt aliquem inebriendo, per species prope se multiplicatas, quemadmodum ingrediens cellam vinariam, plenam vino forti, potissimum nouo, habebit tandem caput perturbatum, potissimum si fuerit ad temulentiam dispositus.

*B[ea]tri[n]i narr. quest. 4.*

*Raymundus in Sum.* Et RAYMUNDVS inquit: Si sacerdos ex vino consecrato fieret ebrius, tunc inebratio illa esset ex accidentibus, & solo sapore panis & vini, quia illa iam sunt transsubstantiata in corpus & sanguinem Christi. Tamen Doctor Angelicus illam opinionem improbat. Et si enim alias scribit: Si quis forte plus vini consecrati hauserit, licet ipsa vini substantia perierit: tamen ipsius

*Themer in cap. 11.* *a. ad Corinto.*

ipfis accidentibus tentari posse & inebriari. Et super hoc citat glossam, sicut & alijs doctores in 1. Corinth. 11. alius esurit, alius autem ebrius est. Tamen alibi ait idem doctor: Quidam dixerunt, quod species illae non nutriunt, sed reficiunt & inebriant, ex qua<sup>st</sup>. 1. sola immutatione accidental, sicut aliqui reficiuntur & inebriantur odore vini, & famē amittunt ex sapore & odore. Sed hoc non potest esse: nam talis immutatio, quamvis ad horam reficiat, tamen sustentare non potest, quod tamen facerent species illae, si in magna quantitate sumerentur. Et alibi ait: Quod autem quidam dicunt, quod non verè nutritant (species sacramentales) quod in corpus humanum conuertantur, sed reficiunt tantum & confortant, quadam sensuum immutatione, sicut homo confortatur ex odore cibi, & inebriatur ex odore vini, ad sensum patet esse falsum. Talis enim refectio non diu sufficit homini, cuius corpus, propter continuam deperditionem, restauratione indiget, & tamen homo diu sustentari posset, si hostias & vinum consecratum sumeret in magna quantitate.

*Et in hac sententia sunt etiam plerique aliij.* Bonaventura arguit, percipiens Sacramentum alitur & nutritur, quod satis probari potest ad sensum, manifestum enim est percipienti, quod per sumptionem vini, siue illius speciei, sitis extinguitur.

*Sic Brulifer tenet:* Illa accidentia possunt conuerti in alimentum, & percipiens Sacramentum alitur & nutritur, & illud satis probari potest ad sensum: nam percipienti, per sumptionem vini, siue speciei illius, sitis extinguitur. *Quibus etiam Mar-* Stephanus Brulifer 4. *filius Inguen consentit, dicens:* Si famelicus aliquis non haberet, ni<sup>que</sup>sta. 5. art. 4. si hostias consecratas, ad sufficientiam, ac eis uteretur ad modum, ipse sibi sustineret vitam ex eis.

*Verum accidentia per se, ut accidentia, non possunt nutritre: Acci-* Iohan. Maior 4. *dentia, ait quidam doctor, nullo modo possunt hominem nutritre vel augere. Nam ad nutritionem hominis & augmentationem oportet, quod substantia de nouo suscipiatur in nutritio & augmentato, ergo accidentia id non possunt.* Sem. diff. 12.

*Gabriel 4. Sentent.  
dist. 12. quæst. 1.*

*Scotus lib. 4. Sentent.  
dist. 12. quæst. 6.*

*Inguen 4. Sent. quæst. 8.*

**G A B R I E L** inquit: Nutritio illa per species non cauſſatur. Et Doctor subtilis ait: Ex non ſubſtantia, non fit ſubſtantia. Et communis eſt opinio doctorum cum Philosophis, quod ſubſtantia ex accidentibus nutriti non poſſit: cūm autem accidentia neque actu, neque potentia, ſubſtantia ſint, vt Inguen hoc loco probat, nec nutriti, vt accidentia, poſſunt.

Quæritur itaque, quid mūs comedat, vnde nutriti, & viuat?

Hic dicunt quidam, quod etiā naturaliter non nutriti accidentia, tamen ſpecies ſacramentalis ſupernaturaliter & miraculoſe habere vim aliquam nutriti, ſuper quo eſt autoritas Thomae de Argentina.

*Bonauent. lib. 4. Sent.  
dist. 12. quæst. 3.*

Et Thomas Aquinas ait: Quod forſan miraculo quis per ſumtionem vini, ſiue illius ſpeciei poſſit inebrari. Cui etiam accedere videtur doctoſ Seraphicus, dicendo: Ad illud, quod de nutritione queritur, dicendum, quod ibi eſt triplex operatio. Prima eſt, quod ſpecies illæ per actionem virtutis agentis transmutantur, & hæc partim eſt naturalis, partim ſupra naturam. Secunda eſt, quod in fine transmutationis cedunt in ſubſtantiam, ita quod in illam conuertuntur, ſicut ſi conuerteretur ſubſtantia panis, ſi eſſet panis, & hæc eſt miraculoſa. Tertia eſt, quod ſubſtantia illa poſtea conuertitur in carnem, & hæc eſt ſimpliciter naturalis. Et quidam ex doctořibus modernioribus tenet: Forte Deus aliquo miraculo & virtute ſua immeſa, iipſis accidentibus panis & vini vim nutriti & augende ſubſtantie tribuit, quaſi panis eſſet. Sic illi. Verum alijs doctořibus hæc opinio improbat, vnde quidam ſcribit: Ex quo ſequitur, Thomam Argentinensem in eruditè dicere, quod accidentia hominem nutriti ſupernaturaliter. Et alij tenent: quod non ſint ſingenda noua miracula in hoc Sacramento, niſi in transuſtantiatione.

*Thomas Hardingus  
contra Ioan. Iuſtum.  
Pahan. Maior: lib. 4.  
Sent. dist. 12. quæſt. 4.*

Ideo eſt rurſum alia opinio, quod in transuſtantiatione manet forma ſubſtantialis panis, & illa habet eandem operatiōnem, quā habebat panis, & ideo nutrit, ſicut panis nutritur. Et ſic forte poſſet dici, quod mūs ex illa relictā formā ſubſtantiali comeđret, & nutritur. Sed hī rurſum contradicunt alij, & potiſimū Tho-

*mas de Aquino*, primò ideo, quia materia tantùm nutrit, forma Thomas lib. 4. Sent.  
nutrire non potest, deinde quia operatio formæ non est, pa- dist. 12. quaest. 1.  
ti, sed agere: nutrimentum autem non nutrit, nisi quatenus  
conuertitur in substantiam nutriti, ideo secundùm quod pa-  
titur, nutriri, quod de forma dici non potest.

Ideo iterum est alia opinio, quòd scilicet ibi maneant substanz Vide Franciscum Ma-  
ta interminata: sed illam opinionem rejicit Franciscus Maronis di-  
cens, quòd non possit stare, quia in casu, quòd generaretur  
aliquid ex ijs (sive in mure, sive in alio bruto) non esset ve-  
rum compositum ex tali quantitate.

Hinc rursus alia opinio est, dicentium, quòd noua aliqua mate- Francisca Maronia vñ  
ria ibi creetur, que sententia pluribus placuit, nec doctori Angelico im- supra.  
probatur, neque Marsilio Inguini, aut Gabriei: sed Francisco Maroni vi- Gabriel lib. 4. Sent.  
detur absurdia, quia quando cunque aliquod agens naturaliter, dist. 12. quaest. 1.  
transmutat materiam ad formam, priùs fuit sub priuatione, Thomas lib. 4. Sent.  
& ita ante illud instans: nam quando cunque aliqua materia dist. 12. quaest. 1.  
coëxistit formæ, & simul producitur agens naturale, de uno Marsilius lib. 4. Sent.  
non educit aliud. quaest. 8. art. 4.

Vnde rursus alia opinio oritur, tenentium, quòd materia panis Innocent. 3. de Ecclesi-  
reuertatur sic, ut quemadmodum priùs panis in corpus Christi est trans- asticis officiis lib. 3. cap. de  
substantiatus, ita iam subtracto corpore Christi, redeat panis. In qua opi- ficatione.  
fione sunt tamen alij plurimi, tum Innocentius 3. Thomas Hardingus, Mar- Hardingus contra Inel-  
filius, Gabriei, Bonaventura, & similes.

Sed Doctor Angelicus hanc opinionem rejicit, dicendo, quòd stare Gabriel vñ supra.  
non possit, quia quod conuersum est in alterum, non potest Inguen. 4. Sent.  
redire, nisi alterum in ipsum conuertatur: substantia autem quaest. 8. art. 4.  
panis conuersa est in corpus Christi: & hæc substantia, scili- Bonavent. lib. 4. Sent.  
cet panis, facta est illa, scilicet corpus Christi, vnde non po- dist. 12. quaest. 1.  
test esse, quòd substantia panis redeat, neque quantum ad to- Thomas Aquin. lib. 4.  
tum, neque quantum ad partem, nisi corpus Christi è con- Sent. dist. 12. quaest. 1.  
uerso conuertatur in substantiam panis, quod est impossibi- Thomas quoque contra  
le: & ideo etiam est impossibile, quòd substantia panis rede- Gentiles, lib. 4. cap. 66.  
at, neque secundùm totum, neque secundùm partem. Si Seco Et alibi.  
tus etiam scribit: Si panis substantia redit, quæro, quando redit? quaest. 6.

Aut

*Acutè.**Subtiliter.**Francisc. Mayronis 4.  
Sent. diff. 13. quæst. 1.**Gabriel quarto Sent.  
diff. 12. quæst. 1.**Hardingus contra Inel-  
lum Episcopum Saru-  
burensem.  
Inuen. lib. 4. Sent.  
quæst. 1. art. 40.*

**Aut enim hoc sit in ultimo instanti, quando noua substantia ibi generatur, tunc sequitur, quod ibi simul esset panis, & non panis: quando enim generatur aliud, panis corruptitur, & tamen panis esset ibi, quod est inconueniens: aut rediret panis ante illud ultimum instans, tunc duo inconuenientia sequerentur. Primum, quod non tam diu manet Eucharistia, quamdiu manerent ibi species non corrupte; vel quod simul manet Eucharistia, & tunc simul erit ibi substantia panis, & corpus Christi: Secundum inconueniens, quia agens, quod potest in partem motus, potest etiam in totum motum, & in terminum, quando non magis repugnat una pars motus ipsi susceptiō, quam alia. Sed non magis repugnat illis speciebus una pars alterationis, quam alia, quamdiu species illae non corrumpuntur simpliciter, sed alterantur. Ergo agens, potens in primam partem alterationis, potest & in quamlibet. Ergo, dum manet illa alteratio, non necesse est substantiam redire.**

**Similiter FRANCISCVS MAYRONIS inquit, id esse impossibile, (vt scilicet siat talis retransubstantiatione.) Et certè Sectarij illi Lutherani statim dicenter, vbi essent Scripturae, quas cum habere non possumus de transubstantiatione, vt Doctor subtilis ait, multò minus de retransubstantiatione, ideo puto melius esse, vt haec opinio obmittatur, præsertim cum timide & non certitudinaliter à quibusdam ponatur: nam Gabriel sic scribit: Quandocunq; definit corpus Christi esse sub speciebus, semper creatur de nouo materia. VEL sic, quia illa, que fuit materia panis, & simpliciter esse desijt, per conuersiōnem eius in corpus Christi, reproductur. VEL, quia alia, que nunquam fuerat in rerum natura, de nouo producitur, & materia introducit noua forma substantialis, illa scilicet vel alia eiusdem speciei, quæ fuisset introducta, si panis non fuisset conuersus, sed nunc naturaliter corruptus.**

**Sic HARDINGVS nosfer, Fortè, ait: (non certò, sed forte) Deus miraculo permittit, vt panis reuertatur ad nutriendum murem. Similiter Inuen nosfer hic heret: Nescio, (inquit ille) quid dicendum sit: posset enim Dominus species conuertere in mate.**

materiam eandem in numero, quæ priùs fuit sub pane, vel in compositum nouum, eandem materiam numero habens, cum materia, quæ fuit panis, & cum eo conuersa est in corpus Domini. Sed quia hoc est miraculosum magis, quòd idem numero, quod priùs esse desijt, redeat, quām quòd simile item de novo fiat, ideo videtur præligendum, quòd illa conuersio specierum non sit in eandem materiam in numero, cum ea, quæ cum pane desijt esse, sed in materiam, quæ est ei similis, & æqualis in partibus suis essentialibus.

Vnde etiam miratur IN G V E N, & querit, cur ista conuersio nullum Marcellus 4to. Sent.  
nomen apud doctores inuenerit, & quomodo nomine proprio vocari de- queß. 5. art. 4to.  
beat: et dicendum putat, quòd doctores de ista conuersione non magnam fecerint considerationem, vnde proprium nomen non habeat.

Et et si apud Gabrielem habeatur vocabulū, transaccidentatio, tamen quia in alia significacione illud ponit, et si bene hic conuenire videatur, obmitto illud. Fortè, sicut prior conuersio dicitur, panis in corpus Christi, transsubstantiatio, sic posterior illa posset dici corporis Christi in panem, retransubstantiatio, sicut quidam doctores hoc verbo vtuntur, quamvis Ingenui ubi supra.  
Ingenui putet, vocandum nomine complexo, conuersio corporis Dominici  
in corpus nouum, & sic etiam, conuersio corporis Dominici in panem.

Vtrum autem transaccidentario vel retransubstantiatio, vel reconuersio Thomas contra gentes.  
(quo verbo Aquinas vtitur) vel complexo nomine vocanda sit, vos, do- lib. 4 c. 66.  
mine profunde, poteritis nos certiorare.

Interim ego adhuc aliam opinionem ponam, quæ est RICHARDI, Richard, de media vil-  
dicentis, quòd speciebus sacramentalibus imprimatur purum la 4. Sent. dist. 12. art. 2.  
possibile, sive possibilitas transmutabilis. Sed & hanc opinio- queß. 2.  
nem improbat Franciscus Mayronis & doctor subtilis, dicentes, quòd non valet, quia materia est terminus, non nisi creationis. Et quamvis Franciscus Mayronis,  
Franciscus Mayronis,  
4. Sent. dist. 13. queß. 1.  
aliam opinionem assert, tamen quia illa non nisi in miraculo subsistit, Scotus 4. Sent. dist. 12.  
& miracula, secundum doctores, in hoc Sacramento non sunt fingenda, queß. 6.  
nisi in transubstantiatione, ideo nec illa stabit, licet excusat Franciscus, Nimium alterando  
quòd aliter, & sine miraculo, non posset hac quæstio saluari, nec Deus  
multum labore faciendo illa. Pistor, adhibe conte-  
rium per cauteriam tuam conscientiam.

Videte

Videte igitur, domine gloriose, quomodo se diuidant doctores nostri, & tamen nihil habere possumus certitudinaliter.

Petrus Lombardus. 4.  
Sent. dist. 13.  
Und der war der  
beste.  
Fructus transubstan-  
tiationis.

Magister quidem uno verbo se expedit, dicens: Quid igitur comedit mus? & respondet: Hoc Deus nouit, sed quia hoc est una euasio, non videtur responso sufficiata: itaque rogo vos cordialissime, dicite, quid hic sit tenendum.

## OPINIO EORVM, QVI DICVNT,

Q Y O D M V S COMEDAT C O R P V S

Christi, & eius Examen.

### I.

**A**M AMPLIVS ETIAM QVAERITVR, DOMINE subtilissime, quid de mure fieri debeat, qui comedit corpus Christi: ibi dicit quidam doctor & Archiepiscopus, quod mus debeat capi, si potest. Et alius quidam doctor scribit, dandam operam, si mus haberet poscit. Et rursus alius, quod mus, si poscit, capiendus sit.

### 2.

Sed hic videtur cautè agendum, ne innocens mus capiatur. Credo ergo, quod sacerdos forte posset uti Exorcismo, vt est in Decretis, Canone: Sapè contingit, vbi in experimentum alicuius criminis datur suspecto corpus Domini, sub his verbis: Corpus Domini sit tibi ad probacionem hodie, de qua replura, S. Thomas, 4. Sentent. dist. 9. quest. 5. Gabriel, 4. Sentent. dist. 9. quest. 2. Angelus de Clauasio, vocabulo Eucharistie 3. parag. 40. Similiter & alijs Summis, & Sententiarij magno numero.

Vsus Sacramentorum  
apud Romanenses.

Gratianus, 2. quest. 4.  
vel secundum aliam  
quotationem, quest. 5.  
Sapè contingit.

Thomas super 4. Sent.  
dist. 9. quest. 5.

Sed forte obstat, quod doctores nostri scribunt: facere tales probationes, est Deum tentare, contra Scripturam, Deuter. 6. Et Matth. 4. Et dicit Glossa, & quidam doctores, quod ille Canon sit abrogatus, quod nescio, an sit concedendum, cum Lutherani essent dicturi, quod Ecclesia, Concilia, & Papa possint errare, præsertim, cum S. D. N. Gregorius XIII. nuper Papa, in revisione Decretorum, illum Canonom non eliminariit, quod fieri debuisset, si esset abrogatus. Et pugnat cum

*cum alijs, qui dicunt, quod non fuerit intentio huius decreti: nec statu-  
entis, quod fieret probatio vel purgatio criminis per aliquod signum  
externum, apparenſ in illo, qui crimen commisit, sed ut accedens, ex timo-  
tre, accedendi ad corpus Dominicum, cum conscientia peccati contene-  
re tur, quid ergo opus fuisset abrogare istum Canonem?*

*Quamvis & in hoc se diuidant doctores nostri: Alij enim dicunt factum, vt accedens, timore accedendi, cum conscientia peccati contetur, vt iam est habitum; alijs autem dicunt, quod factum sit, vt propter timorem talis purgationis a futuris abstineant: alijs verò ponunt, quod hoc modo suspectus pargaret se a peccato commisso. Et rursus, quod per contritionem illius, qui furtum comiserat, fieret restitutio furti, & quod hac intentione, hac iustificatio fieri potuerit, de quo queso, domine mihi, scribitemihi vestrum omnibus numeris absolutissimum iudicium. Certè si corpus Christi applicatum sortilegijs manet ibi, sicut supra ex Mayrone dictum est, videtur mibi, quod etiam in hoc casu mira posset operari corpus Christi, in probationem suspecti, sicut ex una quadam historia illud arguo. Fuit namq; quidam plebanus in Thuringia, qui tulit ad collum suum, in pyxide, in honesto facculo, corpus Domini extra villam, ad communicandum quendam infirmum. Tunc quædam meretrix, stans non longè à via, in suo prostibulo, vidit, & cœpit cogitare penes se, si fides Christiana esset vera, tunc iste esset Saluator mundi, quem sacerdos in pyxide portaret: & quomodo ipsa in conspectu eius ausa esset tanta mala perpetrare, qui tamen tot & tanta incommoda sustinuissest, pro mundi redemptione. Et ipsa compuncta in seipsa, relicto prostibulo, cucurrit per lutum profundum veloci cursu ad sacerdotem, inquinata luto vsq; ad medietatem cruris, dicens: State, domine sacerdos. Et sic stetit sacerdos. Et illa prosternens se in luto ante corpus Christi, ait: Domine Iesu Christe, si tu es ille, qui pro nostra redēptione natus fuisti de virgine Maria, passus, & sepultus, adscendens ad cœlos, sedens ad dexteram patris, iudicaturus viuos & mortuos: & si te talem portat sacerdos in pyxide, rogo te per tuam ineffabilem misericordiam, ignosce mihi peccata mea: Ecce, respondit*

## L - Christus

**Versach w̄ ssens.**

Vnde sc̄it latīnum esse,  
cūm latīnum nesciret?  
Christus ignorauit, quid  
Meretrix non posset lo-  
qui latīne.  
Si hoc verum est, ergo  
gratū, sua operum me-  
ritū, sola fide insisti-  
camur.

Christus in pyxide, in lingua latina: Et ego ignoscō tibi peccata tua. Et illa audiens vocem Christi, de pyxide, in latīno, ait: Domine, non intelligo latīnum, rogo te, loquere theu-tonicē: & statim locutus est de pyxide theutonicē: Ego recipiam te in gratiam meam. Hoc audiens meretrix, ait: Et tu Domine, me suscipis in gratiam tuam, quæ peccauī in carne mea, luxuriosè, omni modo peccandi, qui excogitari potest? gratias tibi ago. Videtis, domine subtilissime, quanto in meretrix operatum sit corpus Domini, quis scit, an etiam idem faceret in fure monacho: & posset Christus etiam latīne loqui, ne intelligerent laici, & scandaliarentur. Scitis, domine profunde, quid LUDOLPHVS no-st̄er, qui in Argentinensi Chartusia ante annos ducentos & amplius vi-xit, de illis ultimis verbis Christi in passione: Consummatum est, scriptū

**Papistische Do-**  
ctores lehren / wie reliquerit, nempe h̄ac verba:  
man Gottes wort efficacia in periculis, vt ab expertis prohibetur. Et speciali-  
zum Segenwerk valere dicitur, in imoderato fluxu sanguinis de naribus,  
solle gebrauchen.  
Segen zur blut-  
stellung auf dem  
Passion Christi.  
Citat Keisersbergius.  
Keisersbergius de pas-  
sione Christi, part. 62.  
Mastication.

xii, de illis ultimis verbis Christi in passione: Consummatum est, effigia in periculis, vt ab expertis prohibetur. Et speciali-  
zum Segenwerk valere dicitur, in imoderato fluxu sanguinis de naribus,  
solle gebrauchen. Segen zur blut-  
stellung auf dem  
Passion Christi.  
Citat Keisersbergius.  
Keisersbergius de pas-  
sione Christi, part. 62.  
Mastication.

**Dōctor Seraphicus 4.**  
Sent. dist. 13. quest. 2.

**Maior, 4. Sent. dist. 11.**  
quest. 3.

Si autem m̄s iam captus sit, & probabiliter ī ipse, qui comedit corpus Christi, queritur amplius, num corpus Christi sit in ventre m̄ris, quando sic in muscipula defertur, adorandum? De hoc dicit Bonauentura, (qui non tenet, quod corpus Christi descendat in ventrem) stultus esset, qui adoraret corpus Christi in ventre manducatis. Et Gabriel (ex aliorum opinione) inquit, Christum in ventre man-ducantis adorari, non dici. Et MAIOR ait: Hoc inconveniens est, & nusquam practicatur. Videtur tamen, quod si, quia si adorandum est in manu sacerdotis eleuantis Eucharistiam, in dī si in conopeo, monstrantijs, & in pyxide, quando vel custoditur in Ecclesia, vel ad agro-tos defertur, aut circumfertur, est adorabile, quod nemo, nisi h̄ereticus, negat: cur non & in ventre m̄ris, cūm semper res animata, vt doctores nostri dicunt, præstantior esse videatur, quam inanimata. Et super hos est auto-

est autoritas Bonaventurae, quamdiu Christus sub istis speciebus est, tamdiu est adorandus, sed in ventre muris est sub istis speciebus, secundum Thomam, & sibi adhaerentes, sicut supra tactum est, ergo in ventre muris est adorandus. Et Gabriel

Bonaventura lib. 4.  
Sent. dist. 13. quæst. 2.  
Gabriellett. 84.

ait, quod illi, qui negant corpus Christi manere cum speciebus receptis in stomachum, in hoc moueantur, quod alias deberet in ventre sumentis adorari, quod est verum.

*Et de hoc est una mirabilis historia:* Nam mulier quædam non credens in sacramentum, accepit illud, & ante porcos in filiis posuit, ecce mirum, omnes porci genua flexerunt, & sacramentum adorauerunt. Nunquid domine gloriose, nos crassiores erimus, quam porci? *Est super hoc etiam alia historia:* Quidam deuotus Episcopus & quidam haereticus peruersus, obiurgarunt se inuicem, de veritate corporis Christi, vnde Eucharistiam super auenam in dolium posuerunt, & adduxerunt equum, bouem & asinum, qui pabulum non tangentes, sed potius genua flectentes, Dominum suum, tanquam ratione vtentes adorauerunt. *Cum igitur hoc sit, an non solidiores aut tardiores erimus equis & asinis? contra illud: Nolite fieri sicut equis & mulus, quibus non est intellectus.*

Promtuarium Exemplorum, Exemplo 33.

*Audechtige Säw.*

Promtuarium Exemplorum, Exemplo 31.

*Wann es Pferden gewesen waren/ were es noch ein grösser Wunder.*

Psal. 32.

*Nec obstat, quod unus quidam aut forte alter docttor noster, negant corpus Christi adorandum, in ventre aut stomacho Sortis, ergo multò minus in ventre muris, quia possit quis putare, talem velle Sortem adorare: at secus est (ait ille) de corpore Christi in pyxide, quia palam est, quod non adoramus pyxidem.*

Johan. Major lib. 4.  
Sent. dist. 11. quæst. 3.

*Nomen proprium hominis.*

*Nam illud docttoris non impugnat, sed confirmat nostram sententiam, quia etiam palam est, quod nemo creditur murem adorare velle, sicut nec pyxidem. Istud etiam Gabrieli placet, quamvis cum aliqua restrictione, ita enim scribit: Vbicunque autem (corpus Christi) creditur esse, siue in ventre suis, siue in ore viri, vel mulieris, ibi est venerandum & adorandum, in anima, licet non exterius in opere, cum non constet, quamdiu sit in ventre (suis.) Et quia sic est, videtur mihi regula illa aliquatenus Raymundus in Summa seruanda, quam Raymundus noster tradit in Summula pauperum, ubi dicit,*

Gabriel super Can. Missale, 84.

Raymundus in Summa de Eucharistia.

dicit, quando dubium exoritur, vtrum hostia consecrata sit, quod tunc debeat sumi cum conditione, sic dicendo: Si non es corpus Christi, ut panem te manduco: si vero es corpus Christi, proficias in vitam aeternam, sicut etiam supra tactum est. Ita etiam si dubium est, vtrum ibi, in ventre muris vel suis, adhuc sit corpus Christi, posset adorari, sic dicendo: Si non es corpus Christi, non te adoro: si vero es corpus Christi, adoro te, ut proficias in vitam aeternam.

*Sic scilicet, in spiritu & veritate adorant Romanos.*

Imo videtur etiam ipse mus, canis vel porcus adorandus, sic enim arguunt doctores nostri: Corpus Christi est adorandum, Corpus Christi est in Eucharistia: Ergo Eucharistia est adoranda. Similiter ego concludo: Corpus Christi est adorandum, Corpus Christi est in ventre muris, canis, aut porci. Ergo mus, canis, vel porcus est adorandus.

Christus enim ili tantum externus pependit in ligno, hic internus recipitur in ventrem muris.

*Thomas Aquinas lib. 3. Sent. dist. 9.*

Patet eadem conclusio per aliud argumentum: Si crux Christi est adoranda eadem adoratione, qua Christus ipse: & mus adorandus erit eadem adoratione, qua Christus ipse. Sed prius verum est. Ergo & posterius. Probo Minorem autoritate Thomae, dicentis: Crux Christi: etiam ipsa, in qua pependit, potest dupliciter considerari, vel in quantum crucifixi imago, & sic adoratur (crux) eadem adoratione, sicut crucifixus, scilicet latria.

Item: Crux est imago Christi crucifixi, sed imago Christi crucifixi est adoranda latria. Ergo & crux eius. Sic: Reliquiae sanctorum honorantur eodem honore, quo sancti ipsi. Sed crux est de reliquijs Christi. Ergo eadem, qua ipse, adoratione adoranda.

*Holcot in lib. Sap. lect. 158.  
Gabriel super Can. Missa, lect. 49.  
NB.  
Hic attende mi Pistor.  
Pistor, quid tu, forte  
Deum ventrem adoras?*

Vbi tamen nescio, quid tenendum, cum Holcot dicat, latriam ad solum Deum pertinere, imaginem autem Dei non esse Deum, ideo nec latriam etribuendam, alias (inquit) creator & creatura eodem cultu adorarentur. Verba eius sic habent: Non video esse benè dictum, quod eodem honore honoretur Deus & imago eius, sed mihi videtur dicendum, quod neque adoro imaginem Christi, nec quia lignum, nec quia imago, sed adoro Christum, coram imagine Christi, quia scilicet imago Christi me excitat ad amandum Christum.

Christum. Et *ibidem*: Latria est honor soli Deo debitus, sed nulla imago est Deus, ergo includit contradictionem, dicere, quod latria sit honor soli Deo debitus, & tamen deberi imagini Christi & Christo. Et *rursus*: Si idem honor debetur Christo & imagini eius, idem etiam honor debetur lapidi & Christo, & per consequens idem honor debetur Christo (creatori) & creaturæ, quod non est credendum. Et *paulò post*: Qui adorat aliquid honore latriæ, confitetur illud esse Deum, si ergo quis posset licetè adorare imaginem Dei cultu latriæ, posset etiam licetè protestari & confiteri, aliud à Deo, esse Deum. Ideò aliter dicendum, quod nulla adoratio debetur imagini, nec licet ullam imaginem adorare.

*Quid respondetis domine gloriosè?*

*Pontificij doctores confitentur, signum esse Deum.*

*Durandus 3. Sent. diff. g. quæst. 2.*

**D V R A N D V S:** De ijs, *inquit*, quæ habent tantum extrinsecam habitudinem ad Deum, hoc generaliter tenendum est, quod si considerentur secundum se, sic, aut non debetur eis aliquis honor, putà cruci vel imagini, & ceteris rebus inanimatis; aut si debetur (sicut D. virginis) nunquam tamen debetur eis honor latriæ, quia honor latriæ debetur solum excellentiæ diuinæ, sed talia secundum se considerata, aut nullam talem excellentiam habent, ut inanimata, aut si habent, illa tamen est infra excellentiam diuinam, quare isto modo non debetur eis honor latriæ. Si autem considerentur secundum habitudinem, quam habent ad Deum, dicitur communiter, quod debetur eis idem honor, qui & Deo. *Nota: communia opere.*

Verum (addit ibi Durandus) istud non videtur propriè ditum, quia, quantumcunq; sit unus & idem motus animæ,

*nig.*

N.B.

qui fertur in imaginem, ut imago est, & in rem, nunquam tamen anima dicit, imaginem, in quantum est imago, esse idem cum exemplari. Neq; signum, in quantum signum, esse idem cum signato, sed semper inter ista est distinctio in re, & in conceptione animæ. Habitudo enim eorum ad inuidem est relativa: Relatiui autem esse, est ad aliud esse: ideò quod attribuitur exemplari vel signato, nunquam est tribendum imagini vel signo, quantumcunq; consideren-

*Pistor, an non amb. au-  
re timiunt?*

N.B.

*Quid hic conscientia tua  
domine Pistor?*

tur sub ratione imaginis vel signi: propter quod propriè loquendo, reuerentia exemplaris, vel signati, nunquam debetur signo vel imagini. In quam sententiam etiam scribit PETRVS DE A QVILA: Aliqui dicunt: quòd crux est adoranda adoratione latrīæ, quod NON C R E D O, sed est adoranda adoratione hyperdulīæ, sicut camisia (Christi) & alia eius vestimenta.

Petrus de Aquila, 3.  
Sent. disf. 9.  
Nec ego.

Iacobus Payna lib. 9.

Summa Angelica verbo: Adoratio, §. 6.

Adorabit igitur & Iudam propter contactū eius ad Christi membra, præsternim cùm oscula- tū est ipsum.

Adorato ergo & peplū Maria, quod secundum vestras Dolores totum Christi sanguine perfu- sum est, cum sacer sub

cruce.

Maior lib. 3. Sent. disf. 9. quest. 1.

Deo gratias.

Ergo lignum est Deus, sicut supra ex Holberg.

Gerson tract. 3. super Magnificat.

An, & quomodo etiam asinus, cui Christus infedit, adorandus.

Sic etiam tenent, HEINRICVS DE GANDAVO: IOHANNES DE GVVERRA, & alij. Sed cum Thoma faciunt plures. Nam PAYVA scribit: Non inficiamur, nos hac (latrīæ) adoratione, præclarissimam crucem Christi colere & venerari. Similiter ANGELVS DE CLAVASIO ait: Si queratur de cruce, qua Christus fuit crucifixus, an sit adoranda: dico, quòd vtroq; modo est veneranda. Primo, quia repræsentat figuram Christi extensi in ea. Secundo, ex contactu eius ad Christi membra, & ex hoc, quia eius sanguine perfusa est: vnde vtroq; modo adoranda est, adoratione eadem cum Christo, scilicet latrīæ, & ideo crucem alloquimur & deprecamur, sicut ipsum Christum.

Sicut & IOHANNES MAIOR, qui sibi ipsi objicit: Huic cruci est exhibenda latrīa. Hæc crux est lignum. Ergo ligno est exhibenda latrīa, quod est inconueniens. Huic obiectioni sic respondet: Concedo Maiorem cum Mino- re, concedo etiam Conclusionem. Sed pro ipsius plenio- re intelligentia, distinguo sic: Ligno debetur latrīa, vel ratione sui & absolute, quia est talis res, & sic nego, vel quia est crux, in qua Christus redemit orbem, & ratione illius, qui in ea pependit, concedo, quòd colitur latrīa. Ex quo iam sequi- tur, lignum, lignum illud, domine mi, lignum (inquam) adorandum latrīa, quia Christus in eo pependit.

Sic quoq; Doctor consolatorius tenet, & simul querit, cur non & asinus, cui Christus infedit (sicut crux, in qua pependit) adoretur? Respondet, quia videtur hoc modo scandalum vel irrisio in- fidelium

fidelium & simplicium, non enim àquè faciliter, honorem referrent ad prototypum, id est, ad signatum, Christum, & redēmptionis nostræ mysterium, sicut fit de cruce. Ex quo patet, quod si aliquis ad prototypum adorationem referret, liceret etiam adorare asinum, cui Christus insedit, quod mihi èd minus absurdum videtur, quia quidam Doctor noster modernior scripsit, quod hic asinus sit factus immortalis.

Mart. E.

Neque debet de Gabriele, Antonino, Brulifero, & alijs dicere, cùm non solum Durandus teneat, hanc esse communem opinionem Doctorum, sed etiam Fortalicium fidei nostra sic ponat: Licet hoc (de non adoranda cruce vel imagine Christi per latrarium) rationabiliter dictum videatur, tamen communis opinio tenet oppositum.

Nec dici debet, adorationem ad rem ipsam, cuius imago est, referri. Nam Episcopus quidam noster Italus scribit: Non solum fidentum est, fideles in Ecclesia adorare C O R A M imagine, vt nonnulli ad cautelam fortè loquuntur, sed & adorare imaginem, sine, quo volueris, scrupulo, quin & E O venerari cultu, Q Y O E T P R O T O T Y P O N eius: propter quod si illud habet adorari latria, & illa habet adorari latria.

Et nescio, an liceat excipere, hoc esse errorem vetustum, & ab Ecclesia Romana reprobatum, cùm Nanclanus modò Anno Domini 1557. Venetijs, & sic in Italia excusus: sicut P A Y V A, Anno Domini 1564. demum C O L O N I A E impressus, prodierint, nulla à quoquam animaduersione notati: reliqui verò, sine controversia, omni exceptione maiores sint. Unde lucide tenendum videtur, quod etiam ipse mus, sicut crux, latria sit adorandus, eadem scilicet adoratione, qua corpus Christi in ventre eius. Nisi fortè hoc pertinet illa cautela Lyra: Honoratae personæ tantum vnum, ambo autem

Gabriel super' Can.

Misse leib. 49. &amp; 50.

Antonin. par. 3. Sum.

Tit. 12. cap. 9. §. 5.

Brulifer 2. Sent. dist. 9.

quaest. 4. Durandus 3.

Sent. dist. 9. quaest. 2.

Fortalicium fidei,

Quod imago Christi, eadē

adoratione, qua Christus

ipse, hoc est, latria ado-

randia sit, videatur Tho-

mas Waldensia, fol. 6.

Tit. 12. c. 120. Inguen. 3.

Sent. quaest. 8. Gabriel 3.

Sent. dist. 9. quaest. 1.

Bonavent. 3. Sent. dist. 9.

quaest. 2. Reinerus de

piiss. Pantheologia lib. 1.

cap. 5. Thomas 3. Sent.

dist. 9.

Notate bene &amp; subtri-

plicime.

Iacobus Nanclanus in

Epist. ad Rom. cap. 1.

Das ist jarund

von Sachen gerett.

Nota. Nota.

Lyracap. 3. Esther.

Das möchtie es  
vielleicht thun.

autem genua, non, nisi Deo, flectenda : sic muri tantum alterum genu, corpori autem Christi in ventre eius, utrumque curvari debere. De eo si dederitis vnum resolutorium, Domine Catholice, eritis omnibus adorabilis, sicut mihi.

3.

*Antoninus par. 3. Sum.  
Tit. 13. cap. 6. §. 3.*

Quæritur, ob man  
sie gleich also le-  
bendig verbren-  
nen solle?

*Raymundus in sum-  
mula.*

Man möchtet ihm  
ein Vomituum  
tingeben.

Iam mure capto, quid ulterius fieri debet? Ibi dicit Archiepiscopus suprà tactus, quod mus debeat comburi, & cinis iuxta altare reponi. Sed id videtur graue & periculose, sic enim etiam corpus Christi cum mure combureretur, quod videtur impium. Videte domine mihi, Raymundus noster querit unam questionem, si sacerdos aut presbyter comburatur, & post illius combustionem inuenirentur species panis, tunc dubitatur, an sit ibi verum corpus Christi, an non: posito, quod eadem die celebrarit: ibi, ut habeat unam euasione in, respondet, per Doctorem subtilem, quod ibi non est corpus Christi, quia quamprimum post communionem, sensus corporalis in percipiendo deficit, tunc amplius non est ibi quaerenda praesentia corporis Christi. Sed vos scitis, quod ista sententia non teneatur a doctoribus, sed communis opinio est, quod, quandiu maneant species panis & vini, tamdiu maneat etiam corpus Christi, quod cum hic factum legatur in casu, certe etiam corpus Christi hic fuit, & combustioni traditum, quod videtur absurdum.

Et hanc credo etiam esse sententiam Domini Praepositi. Ille enim, ut suprà habitum est, statuit, si corpus Christi euomatur ab aliquo, & species panis possint discerni ab alijs cibis, quos ille simul euomuit, & ab alio sumi possint illæ species sine nausea & periculo iterati vomitus, tunc debere sumi, sicut sacramentum, ne amplior fiat irreuerentia sacramento, scilicet per incinerationem: ita etiam mus non videtur comburendus, ne corpori Christi fiat amplior irreuerentia, per incinerationem.

4.

*Thomas aq. Sent. dist. 9. q. 11 debeat, & quod species illæ, continent corpus Christi, extrahi ex ventre eius, & in usum venire debeant, sicut de S. Thomas  
suprà est  
quaest. 2.*

*suprà est habitum. Sic etiam Marsilius: Si mus haberi posset, inter-*

*Inq[uest]ion. 4. Sent. quæst.*  
*ficiendus esset, & si inuenirentur species sacramenti in suo*  
*stomacho, abluenda essent, & sumenda à fideli, manentibus*  
*enim speciebus, manet corpus Christi. Et Petrus de palude ait:*  
*Petrus Paludanus super*  
*Si mus capi potest, exenterari debet, & mus quidem debet*  
*comburi, & cinis in piscinam projici, pars autem hostiæ, si*  
*homo eam sumere horreret, debet in tabernaculo reueren-*  
*ter poni, & tam diu ibi dimitti, quo usq[ue]; naturaliter consu-*  
*matur, nequaquam autem (illa pars hostiæ) in piscinam de-*  
*bet projici, sicut quidam ficerdos fecit de Micha, reperta*  
*post consecrationem in calice, nec etiam debet comburi, &*  
*cinis in piscinam projici, sicut fecit ficerdos alius, de hostijs*  
*muscidiis consecratis, quia hoc est immane sacrilegium. Et*  
*ideò quantumcunq[ue]; modica particula inueniatur, cum re-*  
*uerentia debet reponi, quia in quantacunq[ue]; parua particu-*  
*la, est totum corpus Christi.*

*Videtis igitur domine nobilissime, quodd mus prius exenterandus,*  
*species inquirenda, inuenta extrahenda ex ventre talis animalis, deinde*  
*de munus mus comburendus, nequaquam verò hostia, quod esset immane*  
*(vt ille Docttor dicit) sacrilegium, cum in quantacunq[ue]; parua particula*  
*hostie reliqua, sit totum corpus Christi, idè aut in vsum venire debet,*  
*& sumi ab aliquo fideli, si non nausearet aut horreret, aut si horret vel*  
*nauseat, reponatur illa pars hostia in tabernaculo cum reuerentia.*

## 5.

*Nec debet videri crudelitas, sic mactare & exenterare murem,*  
*quare enim ille est tam impius & temerarius, quodd audet comedere cor-*  
*pus Christi, cum forte nec ieunus fuerit, nec confessus, aut aptè ad su-*  
*mendum dispositus, præsertim autem, cum, vt suprà à Thoma tactum*  
*est, etiam non credat, & sic verificatur de eo, quod Doctores nostri scri-*  
*bunt: Qui indignè sumit sacramentum, atquirit sibi graue tormentum.*

*Thomas (ex aduersario-*  
*rum opinione:) 4. Sent.*  
*dist. 9, quæst. 2.*

*Cur non facit sicut quedam apes, de quibus Casarius in miraculis &*  
*Discipulus in Promtuario scribunt: Mulier quedam, cum apes*  
*multas nutritret, & illæ non proficerent, sed passim more-*  
*rentur, & illa circumquaq[ue]; remedium contra hoc quereret,*

*Promtuarium Exem-*  
*plorum Discipuli, Em-*  
*ployo. 36.*

M dictum

dictum est ei, quod si corpus Dominicum inter eas locaret, mox lues illa cessaret. Illa ad Ecclesiam ambulans, & se communicare simulans, corpus Domini sumens, & statim a sacerdote recedens, extraxit illud, in uno alueolo locauit. Mirra Dei potentia. Vermiculi creatorem suum agnoscentes de

*Cesarius lib. 9. cap. 8.*

Quæritur, ob sie auch/vnd wann sie fauis suis dulcissimis, hospiti suo dulcisimo capellam mi-Kirweih gehalst. ræ structuræ fecerunt, in qua altare eiusdem materiae erigentes, corpus sacratissimum super eo posuerunt, & benedixit Dominus operibus eorum. Processu verò temporis, cùm foemina præfata idem vasculum aperuisse, & iam dictum oratorium conspexisset, expauit, currensq; ad sacerdotem, confessa est ei omnia, quæ egerat & viderat. Tum ille, assuntis secum parochianis suis, ad vasculū venerunt, & conuolantes apes, & in laudem creatoris sui bombizantes, abierunt. Sacerdos verò & sui, capellulæ parietes, fenestras, tectum, campanile, ostium, altare admirantes, corpus Dominicum, cum laude & gloria ad Ecclesiam tulerunt.

*An non, domine gloriose, hæc magna fuit illorum vermiculorum  
Maior quam Pistoriana, pietas, quare mures impj non faciunt similiter cum corpore Dominicō?  
cur corrodunt aut comedunt? idè rectè sit eis, si ita penalizantur.*

## 6.

*Est tamen adhuc una dubietas. Si enim mus captus mactetur, & exenteretur, nec tamen species sacramentales in ventre eius inueniantur, quid tum dicendum, ne sit scandalosum laicos? Si dicat aliquis, quod fortè per secessum emissi sint à mure, vel bruto, an non pie aures illud abhorrent?*  
*Glossa, de consecr. dist. 2.  
Tama.  
Die Mäuse treiben den Papisten den schweß auf.  
Gabrielin Can. Missa  
editione 84.*  
*Credo igitur, dicendum cum glossa, quod fortè per sudorem emissa sunt, si modò legitur, quod etiam sudent mures. Et hanc opinionem etiam Propositus ponit, quamvis non per totum probet, dicens: Alij dicunt, quod (species) emituntur per sudorem, non per secessum. Sed vaticinia sunt (nescio quid velit) cùm enim (inquit) cibus non emittatur per secessum, nisi priùs sit à forma propria transmutatus, non indignum videtur, quod si aliquid impurum in illis speciebus fuit, per secessum emitatur.*

tatur. Sed alius quidam doctor dicit; quod ista opinio est tua. Quod etiam dicit illa glossa (*inquit doctor iste*) quod in secessum non emittitur, sed per sudorem vel aliter emanat, fatuum est fingere, quia & per secessum taliter emitte possunt species, sicut emitteretur substantia panis & vini, & non aliter. Illa autem quandoque non corrupta emituntur, ut in habitibus fluxum, ergo & species. Propter quod non est danda Eucharistia habenti talem fluxum, quia emittit integrum, quod sumit. *Videtis ergo, domine glorioso, quod inconvenit dicere, quod per sudorem emissum, imò est fatuum dicere, sed per secessum, totum emitte, nec dubium, nec fatum, nec inconveniens est asserere.* Et quamvis Gabriel dicat, quod non emittatur (Eucharistia) per secessum, nisi prius species à forma propria (*vti quilibet cibus*) transmutetur, tamen Antoninus noster oppositum tenet, quod quandoq; non corruptæ emittantur per secessum, & sic totum sacramentum & integrum. *Vnde & addit: Si species incorruptæ vel vomuntur, vel (per secessum) egrediuntur, quod ibi verè est corpus Christi, sicut & supra ex Iohanne de lapide Charinus de resoluti; dubiorum.*

*Ergo sunt fatuissimæ.  
Antoninus part. 3.  
Tit. 13, cap. 6.*

*Horrenda.*

*Querat autem fortè aliquis, cum species, ex ventre muris exenterati extracta, sint valde nauseabiles, ita quod vix aliquis reperiri posset, qui non horreat sumere, quid hic faciendum? Videtur statibile, ut dicitur, laicis, quod quod sint magis nauseabiles, eò esse coram Deo maioris meriti, & quod tales fiant martyres coram Deo. Hoc videtur velle Petrus de palude, qui scribit: Si quidem homo esset tanti feru-  
ris, quod huiusmodi non horreret, sed eam sumeret, com-  
mendādus esset, dum tamē esset iciunus, sicut Beatus Hugo Cluniacensis commendauit Goderanū, sumentem portiunculas Eucharistiæ, quas leprosus cum vilissimo sputo euo-  
muerat, dicens, craticulam Laurentij fuisse tollerabiliorum. *Wann Pistorius  
Quam sententiæ totidem penè verbis recitat, & approbat Archiepiscopus terer werden ecce,  
Antoninii ratio & modus,**

*Petrus de Palude lib. 4.  
Sent. dis. 9. quest. 1.*

*Tert. part. Sum. Tit. 13. cap. 6. §. 3.* Antoninus de Florentia. Cum ergo tales fiant Martyres, & plus quam Laurentius in craticula: & martyrium sit alter baptismus, sequitur, quod quis sumens sic, mereatur remissionem omnium peccatorum. Hac videntur Laici, si sint adeo impersuasibiles, sic ponenda, ne horreant sumere, est enim eis propurgatorio.

8.

Sed redeo ad murem comburendum, & quero, an non sit ei, sicut quibusdam videtur, nimium, & pena aliquo modo maior delicto? Non enim videtur delictum tam grande. Et ratio videtur esse hac: Quod Deus dudum unum aut alterum murem, ceteris in exemplum puniuisset, & penalizasset, quod nusquam factum legitur. Est autem super hoc una

*Discipulus in Promtua-historia. Exemplorum. Exemplio 37.*

*Casarius lib. 9. cap. 12.*

*Vfus versus Euchristi-  
eis apud Romanistas.*

*Iacobundus & zelofus  
sacerdos.*

Diabolorum suffulti, signa facerent, quibus suas hæreses roborauerunt, quia super aquis ambularunt, nec submersi sunt. Cernens hoc quidam sacerdos Catholicus, corpus Christi cum pyxide ad flumen, vbi illi virtutes suas ostendebant, portauit, & in audientia omnium dixit: Adiuro te Diabole, per eum quem manibus meis porto, ne hic exerceras virtutes & fantasias. Sed hæreticis illis, ut prius super aquis ambulantibus, sacerdos turbatus, corpus Domini in flumen iactauit. Mira Dei potentia. Mox enim vbi sacramentum tetigit elementum ( aquam ) hæretici statim ut plumbum descendentes in profundum, submersi sunt, pyxis vero cum sacramento, statim ab angelis sublata est. Videntes sacerdos haec omnia, de miraculo exultauit quidem, sed de iactura sacramenti doluit. Totam vero noctem lachrymis & gemitibus transfigens, manè pyxidem cum sacramento repperit super altare. Videtis ergo mi domine, pyxide in aquis miraculosè conseruatam, cum sacramento, ne suffocarentur, & malignos illos, iusto Dei iudicio, sicut plumbum submersos, quod procul dubio etiam de illis malignis muribus dudum factum fuisset, si esset peccatum magnum tam valde.

9.

*Raymundus de Eucha-  
ristia.*

Ideo cogitavi, an non esset pena sufficiata, si sacerdos talem murem, captum, banniret, ita videtur arguere Raymundus noster. Si sacerdos

cerdos (*inquit ille*) leuaret corpus Christi (*in Missa*) & veniret columba, vel alia avis (*ein Goll*) & reciperet corpus Christi de manu sacerdotis, queritur, vtrum talis avis esset excommunicanda? Et videtur quod sic, (*ait ille*) quia omne committens sacrilegium, est excommunicandū, sed huiusmodi avis esset talis, ergo. *Sic etiam videtur procedendum cum tali sacrilego mure.* Verum obstat videtur, quod ibi sequitur, quod illa avis (*vt doctor ille amplius dicit*) non sit excommunicanda, quia sola animalia rationalia sunt excommunicanda, sed eiusmodi avis non est talis, ergo. *Et sic etiam mus non est animal rationale, non videtur igitur excommunicandus.* Sed sed sunt Exempla in oppositum, vt D. Bernhardi Abbatis Clareuallenſis, & alterius cuiusdam Episcopi. Nam de S. Bernardo, in sua legenda legitur, quod cum aliquando magna multitudo muscarum ingressa esset monasterium, ab ipso extrectum, & multam molestiā omnibus facerent, ille dixerit: Ego excommunico eas, & manē omnes pariter mortuā inuentā sunt. Similiter de uno quodam alio Episcopo scribitur: Quod fuerit olim quodam Ecclesia sancti Vincentij Martyris, quam multi passeres cotidie intrare & foedare solebant, etiam diuinum officium impidentes. Episcopus igitur eius loci, eos excommunicauit, mortem illis comminans, si amplius Ecclesiam intrarent, & defecarent, qui ab Ecclesia mox recedentes, nunquam ammodò Ecclesiam intrarunt, imò si aliquis unum capiat, & violenter in illam Ecclesiam portet, statim moritur. *Videtis ergo, domine laudabilis nihil, (nimis, inquam) quod licet etiam irrationalia animalia bannire, si non ex condigno, saltem ex congruo, contra, quam Raymundus putat.* Et certè, si semel talis sacrilegus mus sic banniretur, abstinerent alij, exemplum capientes, & discederent à tali scelesto mure, propter commissum sacrilegium, & excommunicationem subsecutam, & probabilit̄ nec cibum cum tali caperent, sicut homines rationales, sicut super hoc est quoddam exemplum in una quadam historia. Nam S. D. N. Papa Gregorius 9. excommunicauit semel aliquem diuitem (*credo quod non satis conferebat*) cum autem diues contemneret excommunicatiōnem

*Historia Lombardica in legenda D. Bernhardi.*

*Crudelitas: relegasset in Iaponiam.*

*Discipulus Ser. 69.*

*Vida fabulam Rolli de Breforci, aues ex silva bannienti, ne impediretur preces eius silvestres,*  
in der Barfusser Münch Eulenspiegel 185.

*Wer ein gross/waß es war wer.*

tionem Domini Papæ, tunc miracula Dei, ciconiæ, quæ nidificabant super domum eius, ab ea recesserunt, etiam nudum suum mox ad aliam domum transferentes. Quod vi-dens dictus contumax diues, & à cognatis etiam suis admonitus, qui idem in ciconijs considerabant, humilians se multum, petiit se absolui, quod & factum est. Ecce quām citò absolutus fuit ab excommunicatione illa, tunc statim redierunt dictæ ciconiæ, & nudum suum super domum eius reportarunt. Sic similiter credo, & nullatenus dubito, quod etiam fieret cum muribus, quod mox reliqui discedentes à tali bannito, nullum cum eo commercium haberent, donec faceret se absolui: imò si Discipulo credimus, excommunicatus quidam, statim factus est niger ut pix: post absolutionem, mox albus ut nix: sic de mure excommunicato etiam ali- quid fieri posset per miraculum, vnde ceteris esset terribilis & exemplösus.

¶ redt darion/  
als wann es war  
were.

Discipulus Serm. 69.

## 10.

An verd excommunicationis vel exenterationis pena in tales sacrilegum murem statuenda sit, in eo debet quilibet Episcopus, vel etiam sacerdos, prudentiam, quantam habet, & potest adhibere, ne ei faciat nimium, prout enim quilibet res est circumstantionata, sic etiam debet in ea procedi. Exempli gratia in praesenti casu: Aut mus fuit ieunus, aut pransus, cum corpus Dominicum comedederet. Iam minus peccat, si ieunus, quam si pransus. Nam vt dicit Discipulus, & quidam doctores nostri, Sacramentum solum à ieunis accipi debet, in tantum, vt post sumptionem aquæ, aut alterius cibi vel potus, vel etiam medicinæ, in quantacunq; parua quantitate, non licet illud sumere, adeò, vt si lauantios, forte aliquot guttulæ, aut oscitanti forte musca in os inuiolet, dubitetur, an possit facere aut legere Missam, aut communicare. Quamuis fuerunt quidam, qui tenuerunt, quod medicina non impedit, cum non sumatur ad nutriendum, sed tantum ad alterandum, & quod non refert, quid sumatur, sed qua intentione sumatur. Sed alij oppositum defendant. Et dicit unus quidam doctor, quod per hoc posset quis comedere coxam anseris,

dum

Hermes Britto 4. Sent.  
dist. 9. quest. 1.

dum modò haberet intentionem sumendi per modum medicinæ, nec impediretur propter hoc à sumtione huius sacramenti, quod esset inconueniens. Vnde opinio Discipuli videtur probabilior, quia eius rei assert ille suæfables rationes & consequentias incontradicibiles. Sicuti enim (ait) in utero matris Mariae non fuit aliquis alijs præconceptus, & in sepulchro Christi non fuit aliquis alijs antè positus: ita nec cibus nec potus, aut illa, etiam in quantacunq; parua quantitate, medicina debet esse in communicante antè posita. Vnde credo ego, quod doctores nostri voluerunt murem exenterari, vt videatur, an etiam alijs cibi sint in eius aqua liculo, aut an ieiunus fuerit. Vbi tamen notandum videtur, quod mūs aliqua venia dignus videtur, et si non semper sit in casu, ieiunus. Nam vt scribit ABBAS GISELBERTVS: Monachus vacuo ventre non potest benè ieiunare, quod magis verificari videtur de mure, qui non semper inuenit, quod comedat, vnde sèpè est vacuo ventre.

*Nec in stabulo Bethlehemitico aliquis ante annos, aut in illo præcepto aliquis alijs antè positus, & sic in infinitum, quantus argumentorum cumulus?*

*Vix quicquam dictum verisimilium Corollarium Monachus pleno ventre bene poterit ieiunare.*

## II.

Quod si hic modus procedendi contra murem vobis non placeret, domine gratiose, apparet unus alijs. Nimirum, vt propter honorem Christi, & vt sit minus offensuum laicis, sacerdos sumat & comedat integrum mure. Nam Raymundus noster, vt scitis, domine mi, scribit in Summula sua: Si sacerdos leuet calicem, & ausi una stercorizaret in calicem, consecratione iam facta, tum dubitatur, vtrum sacerdos debet totum sumere, hoc est, & stercus & sanguinem Christi? Et responderet, si sacerdos non abhorret, tunc sumat in nomine Domini: sic etiam faciendum videtur de mure. Ego tandem malum omnes aues, sicut Bernhardi muscas, banniri potius, quam vt illarum stercus sumerem. Dicam benè aliud. Querit Raymundus, si musca vel aranea, vel alijs venenosæ vermes inuenientur in calice, quid faciendum, & respondet: Si sic esset, quod sacerdos esset tam grossæ complexionis (ceteræ grossæ complexionis) ita quod non timeret vomitum, tunc posset sumere substantiam illorum vermium: ita etiam de mure videtur, quod illum debet totum & integrum sumere, tunc corpus Dominicum esset in loco consecrato.

*Queritur, an talis summatio sit etiam species martyrum, sicut supra de speciebus ex ventre muris exempta tabula est?*

*Raymundus ut supra.*

Nec timen-

*Raymundus de Eucha-*  
*rística.*

*Lib. Conform. f. 72.*  
*Brut. fulmen.*

Nec timendum videtur aliquod periculum, quia ut Raymundus etiam habet, dicitur, quod quondam unus sacerdos in consecratione deglutiuit talem araneam, & postea post multos dies in iminutione sanguinis aranea de vulnere exiuit: Sicut & de S. Francisco legitur, quod dicendo Missam, in calice inuenit araneam, quam nolens proiecere, biberit cum sanguine, postea fricans crus, & scalpens: ubi pruritum sentiebat, ipsa aranea e crure exiuit, sine laesione eius: ita etiam sacerdos murem sumeret, & deinde venam searet, aut crus fricaret, & sic mus per vulnus exiret, aut forte etiam, sicut supra tactum est, persudorem emittere posset. Sed de eo vos poteritis iudicare, qui estis acutus sicut unus querens.

*Raymundus in Sum.*  
*de Eucharistia.*

*Nota.*  
*Pecunia, remedium*  
*animarum.*

Et ex congruo id sacerdos facere tenetur, et si horret, ut sic luat pœnam sua negligentia, videtur enim magis in culpa, quam in mus. Nam sic dicunt etiam doctores nostri. Si Sacerdos ex negligentia effundet sanguinem e calice, in pallium alicuius pauperis, tunc pallium esset radendum, quod si ille pauper nollet carere suo pallio, tum sacerdos tenetur illi soluere, & pro illo satisfacere: aut si sacerdos non esset habens, tum Christi fideles facientes remedia animarum, debent pauperi persoluere pallium. Sic videtur etiam cum sacerdote faciendum, propter negligentiam, quod non melius custodiuit Eucharistiam.

*At, si bibat aquam*  
*baptismi: oder was?*  
*sie in den Weich-*  
*Bessel siell*

*a Forte permissione.*  
*Nulla calamitas sola.*

*Warm hat er sie*  
*mit auch beschwo-*  
*ren wie S. Bern-*  
*hardi Mucken.*

Quae cum sic habeant, gratia agenda Deo, quod mus, sicut Philosophi dicunt, & supra tactum est, non bibit, aut si bibit, non bibit vinum, aliter amplius nos vexaret & torqueret. Legitur de S. Francisco, quod duobus annis ante suum obitum, dum esset apud S. Damianum, in cella quadam facta de storis, & summe affligetur ex infirmitate oculorum, ita quod ultra spaciun quinquaginta dierum non potuit videre lumen diei, nec lumen ignis, factum est diuina a promissione, quod ad augmentum afflictionis, & meriti sui, venirent tunc mures, in celum suam, qui die noctuq; discurrentes, supra ipsum, & in circuitu eius, nec sinebant eum dormire, nec orare, nec quiescere, immo quando comedebat, ascendebant super mensam

mensam eius, & plurimum ipsum infestabant, vnde tam Caue Pistor, du  
ipse, quam socij eius cognouerunt manifeste, quod erat ten-  
tatio diabolica. *Videte domine, mures quidem etiam S. istum* Franciscus der  
heilig gehört auch  
vnder die Geister  
Lutheri, propter dia-  
bolicas tentationes.  
*virum molestarunt, sed id semel tantum, aut iterum factum, & cum* Die Mäuse hat-  
ten ein Papistische  
Heiligen schier le-  
bendig gefressen,  
vor lauter an-  
dacht.  
*ipso solo: illi autem Catholici pessimi mures quotidie, & plurimos, imo*

## EX LIBRO CONSILIORVM D. D.

BARTHOL. DE SCHASSENEO,  
Confil. I.

**B**VRGVNDIONES, INTER ALIAS PRO-  
uinciarum partes, quandam habent fertilissimam, quam  
BELNAM nuncupant: eavt plurimum animalibus muscis  
grossioribus abundat, vulgo nuncupatis Hurebers, mirum  
in modum vuis officientibus, & maximum damnum affe-  
rentibus, quibus territa regio, cupiens de remedio debito  
sibi subueniri debere, ad nos Heduos, illius nostræ Burgun-  
diæ penè principes, recurrere solet, instanter petendo præ-  
dictis animalibus præceptum fieri debere per Officialem se-  
dis Episcopalis Heduensis, vt à loco prædicto, in quo da-  
mnum dant, se absentent, aut amplius non noceant. Cui si  
nō paruerint, anathematizationis vinculo seu maledictionis  
perpetuæ maledicentur. *Quod, quum hæc petuntur, statim*  
*solent nostri Hedui hæc executioni demandare, sed an recte,*  
*& de iure, & quomodo fieri possit, videndum est.*

Et pro enucleatione præsentis dubitationis, quinque  
mihi præsupponenda censui.

Primum videlicet (ne cum popularibus loqui videar)  
quomodo hæc nostra animalia lingua latina vocitari debeat.

Secundum videlicet, nunquid hæc nostra animalia ci-  
tari possint.

Tertium, vtrum possint citari per procuratores: & si sint citata personaliter: nunquid possint per procuratores, à iudice ea citante, constitutos comparere.

Quartum, quis sit eorum iudex competens, an laicus, an Ecclesiasticus. Et de modo procedendi in ea & sententiandi.

Quintum, quid sit anathema, & maledictio.

Et ideo vidi in hac ciuitate Heduen, sententias maledictionis & anathematizationis istorum animalium, & aliarum bestiarum nocentium, putâ murium & limacium, quæ fuerunt prolatæ ab officiali Heduenſi, & etiam ab officiali Lugdunensi & Matisconensi modo, & forma, quæ sequuntur.

Et primò fit supplicatio pro parte Parochianorū, in quibus hæc animalia sunt, in hunc, qui sequitur, modum.

Suppliant humiliter & deuotè, lamentabiliter, quere-  
loſeq; conquerendo vestri per humiles obsequiales seruito-  
res Parochiani & incolæ de N. &c. Dioceſeos Heduenſis,  
ac multi plures, quòd cum in finib; & territorijs suis,  
alijsq; compluribus locis Heduenſis Dioceſeos prædictæ,  
nonnulla animalia immunda in formam murium urbano-  
rum existentia, grisei coloris, à nemoribus circumvicinis  
exeuntia, creaturæ humanæ & rationali contrariæ & nocivæ,  
adeò excreuerunt, quòd in vineis in dictis locis, finibus, ter-  
ritorijs, satis & pullulantibus damna humano populo insup-  
portabilia faciunt, vineas rodunt, penitus annihilant, & iam  
incipiunt in vineis abundatiū pullulare, botros & racemos  
earundē corrodendo, causabuntq; in dictis Parochijs, multisq;  
alijs dictis Dioceſeos & alibi famem, cariſtiam, aliaq;  
damna insupportabilia & inenarrabilia, siue irreparabilia  
niſi per Dei misericordiam, aut clauī Ecclesiæ potestatem,  
& bonā prouisionem vestram dictis Parochianis, & seruito-  
ribus & subditis vestris, aduersus dicta animalia, per vestram  
dignissimam paternitatem extiterit, & consultum & pro-  
visum. Hinc est, reuerende pater, quòd vos, qui effati reue-  
rendis-

rendissimi vices, onusq; vobis commissum meritissimè geritis, suppliciter exponunt, & exorando deprecantur prædicti Parochiani & subditi vestri, quatenus super præmissis damnis insupportabilibus salubriter eisdem consulere & prouidere dignemini, ne fructus naturæ diuina virtute produci, vita humanæ destinati, per huiusmodi animalia irrationabilia perimantur, in cultus diuini detrimentum, & militantis Ecclesiæ diminutionem, fidelium prouidebis saluti. Et dictos Parochianos vestros subditos apud altissimum perpetuos habebitis oratores, & in percipiendis filios obedientes.

Postmodum distribuitur Aduocatus pro consilio dotorum animalium, qui respondet, prædictam maledictionem, anathematizationem, & excommunicationem fieri non debere perrationes, quæ suprà dictæ sunt: concludens, prædicta animalia anathematizari non posse: sed tamen iudices, & officiales solent facere adiurationem in hunc modum.

Adiuro vos limaces, & vermes, & omnia animalia imunda, alimenta hominum dissipantia & corrodentia, hoc in territorio & Parochiatu existentia, vt à dicto territorio & Parochiatu & tota Parochia discedatis, & ad loca, in quibus nullis nocere possitis, accedatis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Postmodum proferunt isti officiales sententias maledictionis & anathematizationis, in ampliorem formam, vt sequitur. Primò de officiali Heduensi.

*JOHANNES BOBILERII, &c. EPISCO-  
PVS, &c. VICARIVS, &c. PRESBYTERIS ET CV-  
RATIS DE AVALONE, DE YLLANEYO, &c.  
& alijs villis circumiacentibus, & alijs, quibus pertinebit, salutem  
in Domino sempiternam.*

**D**EVS OMNIPOTENS GLORIOSVS CON-  
ditor, humani generis creator & conservator, piissi-  
musq; redemptor, in cuius ditione cuncta posita sunt, cuius  
nutu

nutu reguntur vniuersa, cui cura est de omnibus, cum omnium sit Dominus, hominem cui omnia subiecit sub pedibus eius, propter ipsum posterius creando cætera visibilia creavit: in sudore vultus sui panem suum querere de Paradiſo voluptatis, ut operaretur terram, de qua sumtus erat, in suæ transgressionis pœnam præcepit. Qui licet, peccatis hominum exigentibus, iuxta Propheticum dictum, patiatur, quod residuum æruginis comedat locusta: & residuum locustæ comedat bruchus, & residuum bruchi comedat ærugo, cum etiam ipse, qui dat pullis coruorum escam inuocantibus eum, hominibus non deficit in necessarijs, sed vtique sunt, ut per talia flagella peccatores per pœnitentiam ad eum conuertantur. Sanè ex humili supplicatione Parochianorum vestrorum, diuini auxilij & Ecclesiæ remedium super hoc denotè postulando, & multorum aliorum fide dignorum relatu discimus non sine cordis amaritudine referendum, apud vos in territorijs vestris nuper inualuisse diuinæ iustitiae vltionem, videlicet mures, forices, & alios vermes de terrarum latibulis erumpere, qui segetes, blada, & vineas, & radices, quæ de terra ex labore hominum germinant, de quorum fructibus suo tempore recollectis, agricolæ & patriotæ pauperem eorum vitam sustentare sperabant, dissipant, truncant, & corrodunt incessanter, quæ omnia magni sunt materia doloris, & pias aures pertrahunt ad stuporem. Vnde super pestibus tam stupendis de congruo remedio ex viribus clauium Ecclesiæ de diuina pietate firmam spem tenentes, iuxta vestram supplicationem, cum Dei auxilio prouidere affectamus: eo quod ad hoc diuina charitas, & tam admirabilis articuli necessitas, ac patriæ desolatae compassio nos compellunt.

In C H R I S T I igitur nomine, Amen. In primis consulimus & vos Ecclesiarum prædictarum rectores, & cunctos

cunctos fideles vestros, ex visceribus charitatis exhortamur in Domino: quatenus cum piarum mentium sit timere culpam, ubi culpa non est: vos & populus vester Philisthaeos imitando, qui arcam federis detinentes, murum infestatione percussi, iram Domini desinere professi sunt, mures aureos peccato reddendo, prout sacralibri Regum historia testatur. Pestes huiusmodi esse ultionis diuinæ iudicium: confitendo iniquitatibus vestris talia ascribatis, scientes, & ad memoriam in exemplum reuocantes, nonnullos retroactis temporibus non solum in rebus suis exterioribus, verum etiam in personis per rabiem murum & aliorum vermium, quia Deum offenderant, fuisse punitos, prout authenticæ narrant historiæ: &c. Igitur his & alijs non modicè fulti argumentis, audaciam acceperimus, cum huiusmodi muribus (qui inter polluta & immunda legis Dei attestatione memorantur) in eundem certamen & eis interdicendum potestatem, ulterius, ne prædictis supplicibus nocumentum inferant, nec populo Christiano, quia quamuis secundum se, quibus bonum vel malum propriè contingere non potest, non sunt anathematizandi, seu maledicendi: tamen in ordine ad hominem, propter quem facti sunt ipsi, maledictionis & anathematizationis capaces fore, sanctorum doctorum affirmat autoritas. Postquam igitur ad notitiam vestram, præsentes nostræ literæ peruerent, & per vos supplicatæ fuerint: nos tamen virtute sanctæ & indiuidua Trinitatis extunc, prout extunc autoritate, qua fungimur, muribus, animalibus immundis, nocivis prædictis, & vos in Parochijs vestris, quibus tales pestes & nociva contingunt, in Ecclesijs coram populo, dum Missarum solennia celebrabuntur, & in processionibus vestris in virtute & autoritate, qua supra, precepitiatis eisdem publicè, deuotè, cum fiducia ipsis per virtutem sanctæ crucis armati, fidei clypeo coniurantes, admonentes, ac anathematizantes: ut à vexatione ipsa & po-

N 3 puli, va-

puli, vastationeq; vinearum, bladorumq; & cæterorum fructuum terræ, & fidelis populi cessent penitus, & desistant intra trium horarum spaciū, nec grauandi vteriū habent potestatem: quod si præcepto huiusmodi Ecclesiastico non pareant, & recedant ultra nocentes, & vteriū apparentes, ipsos mures & vermes prædicta autoritate & virtute, quibus suprà ex Dei & Ecclesiæ parte maledicimus & anathematizamus, & in eos anathematizationis sententiam & maledictionis ferimus in his. Et vos anathematizationis & maledictionis sententiam in eos proferatis saepius & frequenter, mandatum nostrum exequentes, donec appareat diuinæ pietatis & misericordiæ effectus. Datum Hedue sub sigillo, &c.

*Addam unum tantum exemplum, in quo, et si limaces solum maledicantur: tamen, cum de similibus idem sit iudicium, recte hoc refertur.*

VICARIIS GENERALES, REVERENDISSIMI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI, DOMINI IOHANNIS ROLINI, MISeratione diuina S. Stephani in Celiomonte, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri, Cardinalis & Episcopi Hedueni: universis & singulis Presbyteris, curatis, vicariis, & Ecclesiistarum Rectoribus, ceterisq; viris Ecclesiasticis in ciuitate & Diocesi Heduensi constitutis, salutem in Domino sempiternam.

SIC V T ACCEPIMVS IN FLVRIBVS ET diuersis limitibus & terris Diocesis Heduensis, infinita multitudo limacum, ab anno citrè viguerunt, & adhuc vigent, semina & fructus terrarum roserunt & vastauerunt, roduntque & deuastant, ex quibus cultus diuinus fieri, & Christi fideles sustentari debeant, in magnam Reipublicæ & subditorum, ac incolarum dictæ Diocesis Heduensis damnum & præiudicium, potentium & requirentium, virtute

virtute diuina & potestate sanctæ matris Ecclesiæ, sibi misericorditer prouideri, ne deinceps fructus terræ pereant: sed ut Christi fideles ipsos fructus huiusmodi percipere, & ex ipsis eleemosynas ad laudē Dei omnipotentis, exaltationemq; sanctæ matris Ecclesiæ, & Christi fidelium sustentamentum percipere & colligere valeant. Cumq; vestigia omnipotentis Dei, & Iesu Christi eius filij, Domini nostri, qui maledixit terra in opere Adæ, & ficalnea fructum non gerenti, de benignissima Dei misericordia confidentes, insequendo, vobis vniuersis & singulis suprà dictis præcipimus & mandamus, quatenus conuocatis omnibus & singulis Parochianis vestris, vtriusq; sexus, cum aqua benedicta & vexillo processionaliter accedatis, per & inter fines Parochiarum vestrarum, cum aspersione aquæ benedictæ in finibus prædictis Litaniam decantando, & populum vestrum exhortando, quatenus cum cereis & candelis ardentibus vobiscum accedant deuotè, Deum, gloriosissimamq; virginem Mariam, & omnes sanctos & sanctas Dei humiliter exorent & deprecentur, quatenus ab huiusmodi tribulatione eos liberare dignetur, dictasq; limaces terræ & fructibus eius damna inferētes, moneatis & iniungatis in virtute Domini nostri Iesu Christi, eiusque glorioſissimæ Passionis, beatorumque Apostolorū Petri & Pauli, & in virtute clauium sanctæ matris Ecclesiæ, vt intra dierum trium spacium, vi à dictorum fructuum demolitione & deuastatione se abstineant, & ad loca deserta, in quibus nocere non possint creaturis & fructibus terræ, se transferant sub pœna indignationis diuinæ maiestatis & æternæ maledictionis. Et huiusmodi processiones, per tres dies continuos, sine interruptione faciat, populum vestrum, quantum vobis possibile fuerit, ad deuotionem exhortando. Et limaces huiusmodi maledicēdo, vt, misericordia Dei præueniente, ab huiusmodi flagello liberari valeamus. Nos enim & omnipotentis Dei misericordia, beatorumq; Petri & Pauli, Apostolorum eius, autoritate Reuerendissimi nostri domini

Cardina-

Cardinalis & Episcopi Heduensis, cuius vices gerimus, hac in parte omnibus & singulis verè pœnitentibus, & confessis in dictis processionibus, cùm iuerint, & eas continuauerint, Deum deprecando, vt huiusmodi flagellum à nobis amoueat, centum dies de iniunctis pœnitentijs in Domino misericorditer relaxamus, præsentibus post sex à data præsentium minimè valiturus.

Datum Matischoni, die decimo septimo mensis Augusti, Millesimo quater centesimo octuagesimo septimo. C. Droini, Datum per copiam per me M. Episcopi.

*Aut si fortè superstitionem id videri hereticis posset, cogitauit ego, an sic necesse sit, consecratas hostias reseruare, & semper in præsenti habere, & an non in casu dari possent hostia non consecrata, saltem propter iam dictos impios & sacrilegos mures. Nam licet multi doctores illud non teneant, ad cauendam idololatriam, si forte talia hostia non consecrata ab aliquo adoraretur; tamen etiam doctores sunt in contrariū. Et extant*

*Guilielmus Altisidio-*

*rensis lib. 4. Sent. c. 410.*

*exempla, apud Casarium nostrum plura in oppositum. Sic enim Altisidorensis noster scribit: Etsi in sacramento Eucharistiae, nulla debet esse simulatio: tamen in casu aliquo, necesse est fieri simulationem, sicut, cùm sacerdos per negligentiam suam non habet hostiam consecratam, & aliquis petit Eucharistiam, &, si non detur ei, valdè scandalizabitur, tum ad vitandum scandalum debet sacerdos ei dare simplicem hostiam. Quod ideo miror, quia Raymundus videtur in hoc casu durus tam valde, querit enim: Si sacerdos videns usurarium accedere ad Eucharistiam, in multitudine populi, & timens scandalū in populo, si neget ei corpus Christi, & dat ei, inter duas hostias non consecratas, vnum grossum (monetam) qui recedens ab altari percipit grossum in ore, incipitq; pœnitere & flere propter sua peccata, & sic incipit se conuertere ad Christū, distribuēs omnia sua bona pauperibus, faciendo emendam, vtrū sacerdos talis sit degradandus? Resp. Quod sic, quia idololatriā coīmisit, dando hostias nō consecratas, quas, astantes adorauerunt, tanquam cōsecratas, et si igitur magis colendus videatur, quia conuertendo peccatorē, maximū gaudium parauit*

Deo &

**Das thets.**  
Raymundus de Eu-  
charistia.

Deo & angelis, tamen peccauit, & tenetur confiteri: quamvis completa pœnitentia, Episcopus suus potest misericorditer secum dispensare.

*Cogitauit etiam de alia opinione, si diceremus, sicut quidam ex do- Hardinus contra Iusti-  
ctoribus modernioribus, quod doctores nostri, ingeniorum con- lum, art. 22.*

certatione fortè nimis curiosi, vel nimis etiam confidentes, in hoc fuerunt, & modum transferunt, vel quod probare instituerunt, minùs cumulate effecerunt, vel etiam ignorantia, aut partium studio, à ratione, & opinione ea, quam Romana tenet Ecclesia, nonnihil aberrauerunt. *Sed de hoc dubito, nam à nullo Concilio, aut Papa reprehensi aut condemnati leguntur.* Et sic etiam faciemus ipsorum scripta, que tamen magna ex parte canonizata sunt, dubia, cùm tamen Valentianus noster eos faciat aliquatenus Papæ consiliarios, audiendos & obseruandos in Concilijs, vbi de Religione Catholica Decreta ceduntur, dicens: quod Scholastici Doctores etiam in numero Ecclesiasticorum Doctorum censendi sint. Et quod commune eorum placitum negare, sit temerarium, cùm Papa in definiendo etiam illorum concordi sententia nitatur.

*Doctores Pontificij sa-  
piuscule à doctrina Ro-  
mana Ecclesie nonni-  
hil aberrarunt.*

*Credo igitur, quod THOMAS DE ARGENTINA* Thomas de Argentina,  
scribit, hic valere debere, quod scilicet vellet, (vt ait) quod in Vnde Gabr. super Can.  
isto punto, & in quibuslibet alijs, in quibus tractatur de ijs, Missa:lett. 35.

que ad Sacramentorum necessitatem pertinent, Doctores N.B.  
nunquam sibi contradicerent. Et sicubi hoc contingeret, Die Jesuiter ges.  
quod Ecclesia Romana per suam determinationem reme- ben dren Heller  
dium adhiberet. Sed de eo vos poteritis admonere, quando olim et- darumb.  
iam fietis unus Cardinalis, vel quasi, vt Papa hic faciat vnam emen-  
dam.

Ego scio multa dubia apud nostros Doctores varie esse disputata, Iohan. Maior lib. 4.  
sed nihil tam de difficulti, quam istud. De stola querunt doctores nostri:  
Sialiqua stola sit quintupedalis, & ponatur, quod vna eius Sent. diff. 13. quaest. 4.

O

tur,

*De consecrat. Ecclesiæ. C. Qui in dubijs iunctis glossa.* tur: tamen sic erit tota benedicta, ut est in Decretis, sicut etiam fit de oleo non benedicto, & aqua non benedicta, oleo vel aqua benedictæ addita. Remoueatur alio tempore alia pedalitas, & resarcitur, & sic successiuè usque ad quintam pedalitatem inclusuè, tunc queritur, an illa stola etiam sit consecrata? Ratio dubitandi est, quia cuius nulla pars est consecrata, nec ipsum totum consecratum dici poterit, sed sic est de illa stola, quam Praefat nunquam vidit: nam ad decem leucas nullam eius partem sibi vicinam habuit. Et respondetur: Si maior pars stola simul & semel vetustate consumpta fuisset, tota esset benedicenda: sed ubi est tam magna intercapido temporis, in ablatione partium, ibi dicendum, quod tota est sufficienter consecrata. Nam stola nostra est eadem identitate morali, licet non identitate Metaphysica, cum stola benedicta ab Episcopo? Et hoc sufficit, cum partes succedant in simili situ & figura.

*Pelbartus literæ c.  
part. 1. part. 4. Rosarii.*

*Aut si calix consecratus sit deaurandus, quarunt Doctores, an iterum debeat consecrari. Et ratio dubitandi videtur hac: Si enim paries Ecclesiæ decurratus, sit recrustatus, etiam reconsecrandus postea est, ut Doctoribus nostris placet, videtur ergo eadem ratio in calice deaurando. Sed respondent Doctores nostri: Quod si calix argenteus tantum fuit, nec inauratus, consecrari iterum debere, si inauratur, et si antea consecratus fuerit, quia consecratio facta est tantum in eius superficie: si autem iam antea deauratus & consecratus fuit, et si aurum deperditum, ut de nouo sit inaurandus, tamen non denuò sit consecrandus. Nec impedit similitudo de pariete incrustato vel incrustando, quia in deaurando, in positione aurii, aurum adeò subtiliter ponitur, quod non videtur tantum in eius superficie fieri consecratio, quin etiam maneat in argentum. Et ita seruat consuetudo. Sic, domine vicarie, sine difficultate possunt dari resolutiones rationabiles in his tam grandibus questionibus, sed in hac questione Doctores heterent, sicut mis in pice, unde queso, domine deuotissime, veluti illos liberare, qui solus penè hodie est liberator Romani Israel, sicut olim Moses Cretensis, aut famosius ille Bencorba, populi Iudaici. Ego*

*Maneat, pro manet.*

Ego iam debeo epilogare, nam, vt dicit quidam Doctor noster: Ho-  
mo non debet nimis longus esse, etiam in sacra Missa, quia talibus sacer-  
doribus potest populus dicere, vt ait alius quidam Doctor, dederunt in  
escam meam sel.

Iohan. Maior. 4. Sem.  
dist. 13. quest. 4.

Guilielmus Parisiensis  
in diuina Rhetorica.

Quod restat, queso, domine cordialissime, respondete mihi, si ego  
pauperculus frater rebus non possum regatari: verbis tamen gratias  
vobis agam, magis, quam possum.

Valete curialiter.

*Qui que vult dicit, que non vult, audiet.*

*Finito libro sit laus & gloria Christo,  
Qui me scribebat, Ranciscus nomen habebat.  
Qui me finiuit, partecas rodere sciuit.  
Alba manus scribe, cessa, non omnia scribe:  
Alba manus cessa, quia digitii sunt mihi fessa.*

Inuenti Lipsia in Mo-  
nasterio Nudipedum.

NE PAG ELLA HAE C VA-  
CARE T, VIS V M E S T F R A T R I  
V V I L H E L M O H A N C COMEN-  
datitiam inserere, vt si forte illo suo tractatulo  
Dominum Pistorium aliquantulum offendisset,  
reconciliare eum hoc pacto sibi, & porrò pla-  
tiori vti posset.

**A**LEXANDRVM MACEDONE M, eum,  
qui primus Monarchiam Gracorum constituit, & propter res  
fortiter & feliciter gestas Magni cognomen consecutus est,  
eum, inquam, grauiiter aliquando conquestum aiunt, quid non  
O 2 in He-

in Homerī tempora incidisset, vt sic à praelato Poeta res eius praeclarè gestæ, elegantiori carmine describerentur.

De eadem autem temporum iniuria, & quod non Apellus secu-  
lo natus fueris, tu Pistori, iustioribus rationibus permotus, conque-  
ri posse videris: nam is acutiore penicillo naturam, ingenium, mores,  
virtutem denique omnem, eleganter depingere, atque egregias illas ani-  
mi tui virtutes, ad viuum quasi, exprimere potuisset.

Istud verò, quicquid sit incommodi, te è aquiori animo fer-  
re decet, quod quidam non ex postremis Romanae Ecclesiae Doctoribus,  
id resarcire voluisse, atque resarcisse perbellè videtur, imò maio-  
ri cum laude & commendatione tua, quād si pse Apelles singula-  
ri studio & diligentia id prestare aggressus esset. Ille enim cùm Eth-  
nicus fuerit, fortè etiam indoctus, ineptior visus fuisset, quād ut bre-  
ui tabella tantum virtutum tuarum cumulum complecti potuisset.  
Hic verò Doctor Catholicus, summa in Ecclesia Romana autoritatis,  
hinc tuis laudibus commemorandis quasi natus videtur. Is autem  
est Ropertus Holgot, Prædicatorij ordinis frater, quem Anglia pro-  
duxit, hic adeò scitè, dextrè adeò, adeò feliciter, omnes animi tui do-  
tes stylo expressit, vt, quasi aliquid supra hominem saperet, etiam co-  
gitationes tuas assecutus, depinxisse mihi quidem videatur. Cuius  
eiām (rhetorico ornatu per egregiam comparationem amplifica-  
tionē instituta) commendatio gratissima tibi esse debet, vel eam so-  
lum ob causam, quod de te etiam nondum nato, quasi animus ta-  
lem heroem præsagiret, vaticinatus fuisse existimari possit, dum ita  
scribit: Nemo de facili bene iudicat, nec de gratijs pro-  
prijs, nec de culpis proprijs, sed gratias nostras nimis  
magnificamus, & culpas nostras nimis attenuamus. Et  
ideo vix est aliquis, qui bene iudicet de seipso. Hinc est,  
quod nonnulli, cùm pauca faciant, magna sibi arrogant,  
& facta propria non aliter extollunt, quād si per ea catego-  
rii omnes supportarentur. Omnino similes Galdeuio,  
depicto vel sculpto, qui collo, humeris, brachijis, & fa-  
cie

Ropertus Holgot, in  
lib. Sap. lett. 166.

Pistor quomodo Magni-  
ficus.

Pistor parum prestat, &  
multum sibi arrogat.

Pistor similis Galdeuio.

cie prominens, totam (mundi) fabricam, cum onerosa fatigione, se simulat supportare, & tamen fabrica ita fortiter staret, & æquè duriter, si totum illud idolum dele-  
retur vel tolleretur.

*Pistor totam mundi  
machinam solum sibi  
sustinere videtur.*

*Pistor idolum.*

Tales etiam similes sunt cuidam ab alienato à mente, qui semper stans sub diuino, nullo modo voluit intrare domum, nec sedere, nec edere, vel bibere, requisitus quare hoc faceret, respondit: quia ipse supportaret totum cœlum, & si ad horam dimitteret, cœlum esset casurum. Ita est de nonnullis præsumtuosis, qui inflati scientia seculari, reputant se totam Ecclesiam supportare, discretione & sapientia sua, quam se habere præsumunt. Sic ille. Quod si forte hac tenuior, quam pro donis atque meritis tuis tibi videbitur collaudatio, & dicendi etiam genus paulò humilius, quam pars sit, te virum sapientem cogitare oportet verumque, & quod grata sit eruditis breuitas, & quod simplex sit veritatis oratio, cum fuso, vii mendacium, neutiquam indigeat. Neque dubites, si omnino ampliorem commendationem requiras, fore paulò post, qui crassiori Minerua virtutes tuas, non in cera molli, ubi leui momento deleri, sed in lapide durissimo, ut perpetuè confici queant, adeò affabré exculpent, ut, qui te nunquam, ne quidem à longè, aspexit, penitus tamen, etiam intimos animi tui recessus, quasi introspicere, & melius, quam tu te ipsum, nosse porro possit. In quo, si quid est, quod ars mea efficere posse, nequam tibi, minus etiam, quam Terentianus ille Sosia, deerit: & si Epistolas, de quibus scripsisti, transferre volueris, uno & eodem labore hunc murem eis adiunges. Valete aulice.

*Pistor confortur homi-  
ni ex tua mentis.*

*Pistor sicut alter At-  
las, cælum suis humeris  
supportat.*

*Pistor præstat Pontificij  
suis, ne cœlum ipsorum  
ruat.*

N.B.

Attende domine.

Salutis tuæ (ni Epicureus sis)  
amans, at ingentem fastum  
tuum ex animo fastidiens

Frater VVilhelmus:  
de Stutgardia.

1828973

T V B I N G A E



M. D. X C I I I.

ERRATA TYPOGRA-  
PHICA.

Prior Numerus paginam, alter lineam denotat.

Pagina 18. linea 19. lege illaꝝ. 23.2. brutum. Ergo, nec spiritualiter, sic  
distingendum erat: brutum, Ergo: Nec spiritualiter. 31.27. nudaꝝ.  
33.10. vltra, ibidem. 22. fiduciam. 37.17. crederent. 38.6. permer-  
daret. 43. lin. antepenultima, perfectissimè. 45. 24. amoueatur.  
ibidem. 29. tormentum. 46. 13. post: Nonné, adde: de. 49.27. pro  
credere, lādere. 52.2. iudicāns. Ibidem. 2. pro ad non, lege, à Deo.  
60.27. informare. 61.30. Quod non credo: sunt autoris etiam verba,  
non Domini Holderi. 70.8. Substantia. 73.10. purgaret. 76.16.  
& 17. in margine: Exterius (&) interius. 78. lin. vitima, vitetur. 83.23.  
dicatur. 84.8. hac. 86.1. miraculo, 93.16. Fortè, ineundum certa-  
men.

